



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Vixit anno 1495.

IOANNIS TRITEMII

Abbatis sancti Iacobi apud Herbipolim: quondam vero Spanhemensis: Liber Octo questionū ad Maximilianum Cefarem.



¶ Cum priuilegio Cefaree maiestatis de nō imprimēdo in regno, imperio, & terris suis nec alubi impressis isthic vēdēdis intra decennīū subpenis in priuilegio expressis decē marcarū auri puri et amissione librorū eorundem omnium, zc.

RICHARDI SBRV

LII FOROIVLIANI

EPIGRAMMA.

Quis neget esse deum celi terreꝝ parentem
Tam ferus est nemo qui neget esse deum
Ipse deus toto passim veneratur in orbe
Diuersa petitur sed tamē ille via,
Barbarus hunc certa colit oīa lege monētem;
Thura sacro nato spirituiꝝ negat,
Iactitat Ebreus se dogmata vera tenere;
Et duce Mose dei se genus esse putat,
A christi populus qui nomē nomine sumpsit;
Constanter trinum concinit esse deum,
Maximus imperio qui presidet æmilianus;
Assidue christi remꝝ decusꝝ iuuat;
Querit (vt augusto fas talia querere regi;)
Cur sectas summus tot finit esse deus,
Cur senon cunctis pariter mortalibus infert;
Cur voluit duris multa latere notis,
Ordine Tritemius regi pater omnia pandit;
Ille cucullati duxꝝ decorꝝ gregis,
De sancta quicunꝝ fide dubitare solebas
Hec lege; mox christi certus alumnus eris.

TELOS

AD SERENISSI-

mum inuictissimūq; orbis dñm Maximili-
anū Cefarem Ioānis Tritemij Abbatis
Peapolitani Liber octo Questio
nū, In nomine christi incipit



ARVI MAN

datis tuis Maximiliane Cefar inui-
ctissime; & eas questioēs octo quas
mihi dudū ad celsitudinem tuā vo-
cato ī Castello Bopardiano propo-
suiſti, q̄ potui breuitate abſoluens; in hanc formā libel-
li cōſignauī Voluiſti autem (ſi recte memini) vt quantū
fieri potuit in earū ſolutione viā ſequerer nature; ppter
eos qui credulitati min⁹ cōcedūt. Quod mihi tamen nō
in omib⁹ poſſibile videbatur; pro eo q̄ materia queſtio-
num in pleriq; locis theologicis potius q̄ naturalibus
ſubiacebat principijs. Nā & ſi Chriſtiana religio inter
oīm mortalium ſectas nature legibus vitioſior & magis
cōformis habeatur & proxima; articuli tamen fidei no-
ſtre principales nō omes ſecundū viam nature cōmu-
nem ſunt probabiles. Quod ideo factū neceſſario credi-
mus vt & fides locū habeat; & firma credulitas merito
ſuo non careret. Mediū itaq; pro virib⁹ iter diſputatiōis
de mandato ingreſſus, partim nature, partim quoq; diuī-
narum ſum vſus teſtimonio ſcripturarum. Enimvero
que nos credere conuenit, humanis nō ſunt argumen-
tationibus temere diſcutienda; quoniā vt ſacer inquit
gregorius Fides non habet meritum; cui humana ratio
p̄bet experimētum; Cū timore igitur dei & reuerentia

A j

intemerate religionis nostre christiane ita respondere ad
propositas questiones institui; vt a diffinitioibus eccle-
sie romane nec ioco nec serio discedā. Vnde quicquid
vel scripsi vnquā vel scripturus sum; eius determinatio
ni & iudicio totum volo esse subiectum,

DE FIDE ET IN

telectu. questio prima



Prima questio serenissime maiestatis tue ista
fuit. Quare op̄s deus credi a mortalibus vo-
luit potius; q̄ sciri & intelligi; eo videlicet mo-
do cognitiōis & intelligētie quo a sc̄tis angelis; cognos-
citur et intelligitur. ¶ Ad hāc questionē sacratissime
maiestati tue ita coram positū respondisse me memini
Omnipotēs de⁹ q̄ est sine principio intellectus purus.
sempiternus, et incōmutabilis. supra omnē existēs no-
bis cognoscibilē positionē; infinitis perfectionib⁹ lon-
ge perfectior; sua sapiētissima voluntate duos a princi-
pio intellectus ex nihilo creauit; angelicū videlicet &
humanū. Angelicus in p̄ncipio conditiōis sui in om-
niū scibilium actu factus est; & om̄ia nouit. Humanus
vero primo quidē in omniū potentia cōsistit; sed om̄ia
ignorat. In fine autē per multas & cōtinuas sursum acti-
ones/similis euadet angelico; sciens & deū & om̄ia que
ad cognitionē promissę cognitionis & intelligentie p̄-
tinēt. Differūt autē intellectus angelicus & humanus/
sicut duo quelibet opposita; vt actus scilicet & potētia;
lux et tenebre; scientia et ignorātia; habitus & priuatio;
p̄ncipiū et finis; imobile et mobile; substantia et accidēs
vitas et similitudo; natura et ars; sanitas et infirmitas; totū
& pars. Est enim intellect⁹ angelicus, vt actus, lux, sciē-
tia, habitus, p̄ncipiū, imobile, immediatū, simplex sub

stantia veritas, natura & totū. Humanus vero sicut potentia, tenebre ignorantia, priuatio, finis, mobile, mediū, compositū, accidens, similitudo, ars et pars. Vnde quęcunq; angelico intellectui conueniunt a principio hec eadē insunt humano a fine postea q̄ carnis sarcinā deposuerit; quoniam sicuti principium & natura perficit angelicū; ita finis & ars post multas tādē exercitationes sursum erigit humanū. Quo circa inter duos istos intellectus magna est a principio inequalitas, qui tamen in finetandē equatur; ubi tantus erit ab arte humanus; quantus a natura precessit angelicus. Vnde constat intellectū angelicū mox vt creat⁹ fuit a principio sine vlla sui actione vel motu immobiliter substantialiterq; & a natura nouisse omnia que intelligere potest; ac euasisse creatū in instanti omnium scientia plenū atq; perfectum. Humanū vero quoniam in omnium ignorantia & priuatione creatus est, & pro sui exercitatioe tēporaliter destinatus in corp⁹ oportet cōtinua actiōe, motu & arte, in dei rerūq; omnium noticiā peruenire; quē tandē equabit angelico finis potentia eius cōmutās in actū; ipsumq; de solo potēte atq; possibili exeūtem in essentiā; de vacuo efficiet plenū; de imperfecto pfectū; de priuato; habentē de tenebroso lucidum; de nocturno diurnū; de lunari solarē; & de terreno celestem; quod fieri mēte in corpore colligata nō potest; scō dicēte christophilo paulo. Quamdiu sum⁹ in carne; peregrinamur a domino. Deū cognoscere; intellect⁹ est puri, simplicis, atq; perfecti; sed humanus intellect⁹ q̄ diu moratur in corpore impur⁹ est mixtus/in stabilis & imperfectus; & ob hoc cognitionis dei & rerū celestium sine fide omnium ignarus. Vtriusq; aut intellect⁹ tam humani videlicet q̄ angelici est idem obiectum/ summū illud videlicet incōmutabile bonū, vnicū rerū omnium principū deus; in quod na-

A ij

turali cognitionis affectu recurrunt, Angelicus uero si
 comparetur humano est sicut natura ad artem; & ut sim-
 pliciter intellectus ad rationē, qui est disciplinarū prin-
 cipijs attiguus; ratio uero per principia ad cōclusiones
 discurret. Vnde manifestum est q̄ angelicus immobili-
 ter propriū apprehēdit obiectū; ad quod human⁹ per
 mediū angelicū post multas sui exercitatiōes; sicut est
 dictū tandem aliquando discurrens sibi parat ascēsum.
 Separatur autem intellectus humanus medio angelici
 cognitionis perfectione sui naturalis obiecti; fitq̄ pro-
 pterea necessario mobilis; p̄ mediū illius ad suū recur-
 rens principiū. Omnis enim motus de extremo per me-
 diū fit ad extremū; ubi uero nullū est mediū; imēdiata itā
 sunt extrema & proxima, ac ppter hoc immobilia. In-
 tellectus aut human⁹ quasi tenebroso in carcere posit⁹
 quādiu retinet in corpore, sensu & ratione mouetur ad
 intelligendū, quāuis confuse & imperfecte nimis; atq̄
 propterea mediū inter se patitur & deum quē diximus
 angelicū maximū portans corpus destinate perfectiōis
 impedimentū; sicut quidā sapiētie amator dixit, Corp⁹
 quod corrūpitur aggrauat animam et deprimit terrena
 inhabitatio sensum multa cogitantē. Deū igitur nobis
 credere potius q̄ scire vel intelligere omnino necessariū
 fuit; propterea q̄ penitus impossibile sit illā super diui-
 nā & incircumscriptibilē maiestātē cōprehēdia nobis
 qui nihil intelligim⁹ sine ministerio sensuū & discursu
 rationis, Deus aut lōge supra omnē positionē existens,
 nec sensibus mortalīū nec ratiōi manet subiectus, quē
 admodū ad mosen dixisse legitur, Non uidebit me ho-
 mo & uiuet. Hinc q̄q̄ & diuus inqt euāgelista iohannes
 Deū nemo uidit vnq̄. Nec mirum. Deus enim cum sit
 prim⁹ & sempitern⁹ intellect⁹ purissim⁹ / simplicissim⁹,
 pfectissim⁹ immobilis / creator incōprehensibilis / sumis

& supra omnē positionē procul immensas & incircū-
scriptibilis: cōprehendi ab humano intellectu non po-
tuit qui est impurus, cōpositioni subiectus, imperfe-
ctus mobilis, creatus comprehēibilis/infimus, & sub
mensura positionis constitutus. ¶ Ad eā vero questi-
onē que ex prima videbatur oriri Vtrum deus cum sit *ms*
om̃ps humano se intellectui quēadmodū angelico po-
tuerit dare cognoscibilē, dico Deum om̃ia posse nemo
sane mentis vnquā negauit. Ea vero que contradictio-
nē implicant deū non posse dicimus: propterea q̃ or-
dini sapientiē cōtrariantur incōmutabilis disponētis
vnīuersa: quēadmodū destructio cōstructiōi totius nō
dubitatur esse contraria simul & si dixero penit' aduer-
sa Neq; enī decuit, neq; fieri vllaten' potuit, vt deus ab
intellectu humano: comprehenderetur quoniā si mor-
talis homo nature dīctū deū comprehenderet immor-
talē; certe iam nō homo, neq; mortalis: sed angelus vi-
deretur esse dicēdus: fieretq; vel homo deo, vel deus ho-
mini comparandus. Quādiu enim intermediat angeli-
cus intellectus: nō potest humanus intelligere deū. In-
termediat autē vsq; ad mortem carnis: qua mens liber-
tatem assecuta naturalem; euadet prorsus angelo equa-
lis. Cernis iam credo imperator manifestū: q̃ neq; de-
cuit neq; possibile fuit; vt intellectus humanus compre-
henderet diuinū: creatus creantem: temporalis eternū:
mutabilis incōmutabilē; infirmus omnipotētem; cum
finiti vt quidam philosophus ait nulla sit ad infinitum
proportio Est ergo necessarium mortalibus deū crede-
re immortalē; quē nulla comprehendere manifesta pos-
sumus ratione. Quamuis ordo totius vnīuersi prouls-
dentem om̃ia declaret auctorem: & nihil preter ipsum
sine principio intelligamus in esse productum; tamen
quid et quomō sit deus mēs capere nō potest humana:

A iij

quoniam est longe sit supra omnia que nos de ipso possumus intelligere / aut quisque mortalis: procul extra & supra omnem positionem ut facer dyonisius inquit. Qui ipse qui neque anima est, neque sensus: neque imaginationem aut opinionem: aut rationem, aut intelligentiam habet: neque ratio est, neque intelligentia: neque dicitur, neque intelligitur. Neque numerus est, neque multitudo, neque ordo, neque magnitudo, neque paruitas, neque equalitas, neque similitudo, neque dissimilitudo, neque stat, neque mouetur, neque agit quietem neque virtutem habet, neque virtus est, neque lux est, neque viuunt neque vita est, neque substantia est, neque seculum, neque tempus, neque tactus est ipse spiritus, neque forma, neque veritas est, neque regnum neque sapientia, neque vnum, neque unitas, neque deitas, aut bonitas, neque spiritus est, quantum scire ipsi possumus. Neque filii neque patris est denominatio: neque aliud aliquid ex his que nobis aut alteri cuiquam in mundo est cognitum. Neque aliquid eorum est que non sunt: neque eorum que sunt, Neque ea que sunt illum sciunt sicuti ipse est, Neque sermo ipsi est, neque nomen neque scientia: neque tenebre neque lux est, neque error neque veritas: neque est ipse vlla omnino positio, neque ablatio, Nam & super omnem positionem est perfecta & singularis omnium causa, Et super omnem ablationem excellentia ipse est, illius videlicet qui simpliciter absolutus ab omnibus & super omnia est. Dicimus itaque Dyonisius inquit ut omnium causa super cuncta cum sit, neque sine substantia, neque sine vita est: neque ratione neque mente caret: neque corpus est neque figura neque species, neque qualitatem aut quantitatem aut molem habet, Neque in loco est, neque cernitur, neque tactum sensibilem habet, neque sentit neque sensibilis est: neque temeritati aut perturbatio est obnoxia carnalibus agitata passionibus, Neque inualida est sensibilibus subiecta calibus: neque indigua luminis est neque immuta-

tionem aut corruptionē seu diuisionē siue fluxum ad-
mittit; neq; aliud quicquam sensibiliū aut est aut habet.
Vnde cum sit longe super omnē positionē excellens a
supposita nō potuit cōprehendi creatura que sensibus
vritur necessario ad intelligendū; sicut verū peripateti-
cus dixit; nihil nostro esse in intellectu: nisi prius fuerit
in sensu. Deus ergo qui mortaliū sensibus non est sub-
iectus; intellectū procul excedit humanū, qui secundū
positionē affirmantē veraciter est omnino in omnibus;
& secundū ablationē negātem, quo propius acceditur
nihil est oīm que cognitioni mortalium subiiciuntur.
Enīmuero cū sit super omnia; nihil eorum esse potest q̄
illi sunt subiecta. Propterea pulchre similitudinē dedit
empedocles dicēs, Deus est sphaera cuius cētrū vbiq;
circumferētia nusquā. Erigat se nunc quantum potest
intellectus humanus; et qui deum cōphendere nititur;
huius imagnate centrum sphaere simul ac nusquam
terminantē circumferentiā recte intelligens cōprehen-
dat. Q; si hanc intelligere ppositionē similitudinis pro-
prie nō sufficit; sup omnē positionē existentē dei essen-
tiam quare inuestigare cōtēdit; Cusani quondā presbi-
teri ecclie romane cardinalis cōmoseani mei viri tēpo-
ribus illis doctissimi, aliā de deo similitudinem te Cesar
inuietissime nō tedeat audire q̄ dicit. De^o est infinite lō-
gitudinis linea recta; que circulū facit. Videamus nunc
igitur, Si linea est recta, quomodo circulū facit; Q; si fa-
cit circulū; quō recta; Sunt enim circulus & linea recta
naturaliter opposita. Verūtāmē infinite longitudinis
linea cū neq; principiū habeat neq; finē; circulū necessa-
rio facit; quāuis nō curua sed recta proponatur imagi-
nanda. Cū ergo deus sit infinitus, maximus sine quan-
titate; optimus sine qualitate; omnia in omnibus sine cir-
cumscriptione; supra omnia sine excludente positione;

nō fuit possibile q̄ ab intellectu circūscriptibili humano qui sensuū ministerio vtitur ad intelligendū cōprehenderetur: & quod ei promittitū purificato tandem in patria: cōfuso & impuro cōcederetur in via. Postea vero quā mens nostra carne tandē sollicita ad centrū suum quod deus est mūda, simplex pura, perfecta & cōsummata euaserit, angelis parens effecti deum perfecte cognoscemus & omīa: quēadmodum et sanctus christophylus ad corīnthios dicit. Videmus nunc per speculum & in enigmate; tūc autē facie ad faciem. Idcirco diximus angelicum intellectum nature ductu suo principio immobiliter adherentē, quia actus & habit⁹ est purus, qui cum sit conditiōe naturaliter simplex, cōpositionis nullo potest impediri cōmertio. Humanus vero intellectus quod iam sufficienter cōstat esse declaratū, cum sit potētia & priuatio, propter corporis sui cōmercium impurus, eo quidē vsq; pfecto retardatur ab actu quo vsq; tandē carne solutus; in cōsortiū similitudinis transferit angelorū; tunc primū ad veram dei agnitiōē admittendus. Q̄ si interea fidei christiane p̄senti, ac diuine cognitioni future, necessarius ad salutē cōparetur affectus amoris; eadem cum m sanctis angelis beatitudo sempiterna dei cultoribus p̄parata donabitur. Sin autē deprauata mens nimio carnis sue cōmertio dei amorē contēpserit; euadet quidē intellectus argastulo resolutus ad mēsurā sibi ex natura cōpetentē cognitione sublimis; sed erit tanto miserior, quanto ex mala voluntate demonibus inuenitur esse similior. Solutionē itaq; p̄posite quēstionis vt licuit cōclusurus; dico nō esse possibile q̄ omnipotens deus perfecte intelligatur a nobis quādiu mortales in carne versamur.

DE FIDE NECES

ſaria ad ſalutem; Queſtio Secunda,



Secunda inuicte maiestatis tue q̄ſtio iſta fuit. Cum pars orbis parua legibus hodie fidei ſit ſubiecta chriſtiane; Vtrū plurimorū opinio illa ſine iniuriā veritatis videatur admittenda qui exiſtimāt vnūquēq; in ſua religione quā credit eſſe veram atq; ſalutarē, vnūſ dei cultorē extra fidē chriſtianā & ſine baptiſmate poſſe ſaluari; mō nihil cōſtet de religione chriſti. ¶ Ad hāc queſtionē rēdere ſimpliciter iuxta intentionē vulgarē iudicaui ſupfluū; cū ſciam hodie multos in chriſtianos quas impia pietas pro ſalute hominū pditorū in deū facit eſſe crudeles. Sed q̄a iuſte cōſideratiōis cauſa ſereniſſimā cellſitudinē tuā vt iſta quereres excitaui; nō quia neſcias quid ſit in hac poſitione catholice tenendū; ſed vt haberes q̄d veritatē obijcias impugnātibus quātum potero breuiter ad interrogata reſpondebo. Si extra fidē chriſtianam, quiſquā ſaluari poſſet, chriſt⁹ om̄ipotētis dei filiū ſupfluū et ſine cauſa videretur hō factus. Nā ſi extra chriſtū eſt ſalus; nō eſt ſaluator om̄ chriſtus. Verū quia dei vni genitū filiū pro ſalute humani generis, naſci hominē in mūdo, pati, mori, & reſurgere terciā die ſecūdū ſcripturas oportuit; nō fruſtra neq; ſupfluū, neq; ſine cauſa in hunc mūdū venit. Quod cū ita ſit, quiſquis extra fidē chriſti ſaluari quēpiā poſſe aſſerit, nō chriſtianū ſed aduerſarium ſe fidei ac chriſti deſertorē oſtendit. Quicūq; enī nō credit in chriſtū filiū dei; fruſtra ſalutē ſibi pollicetur eternā. Nā ipſe qui veritas eſt Ieſus chriſtus in ſcō Euangelio dicit, Qui non crediderit; condemnabitur. Et iterū, Qui non credit, iam iudicatus eſt; q̄a nō credit

in nomine vnigeniti filij dei. Et rursus post pauca subiungit dicens. Qui credit in filiū habet vitā eternā: qui autē incredulus est filio nō videbit vitā: sed ira dei manet super eū. Scītus ēq; christophylus ait. Sine fide impossibile est placere deo. Aperta est nunc omib⁹ in christum veraciter credētib⁹ propositae questionis solutio q̄a per ipsum saluatorem mūdi est salus: & quicūq; nō credit in eum: saluus esse nō potest. Nec licet christiano terminos religionis sue quouis modo excedere: vt hāc questionē aliter q̄ christus docuit presumat enucleare. Quisquis vero hanc fidei normā cōtrarium asserendo egreditur: q̄ non recte sentiat de christo saluatore fidelīū/manifeste demonstrat. Vult enī christū declarare mē dacē: quicūq; alicui extra christum pollicetur salutem. Nos autē sacratissimis euangelij confirmati sanctionib⁹ firmiter credimus et indubitātē p̄nunciamus. neminē extra fidē christi posse saluari: quātilibet vnū colat deū quātilibet scītē vltiuste viuat: quātilibet religiōi sue paterne vel alteri cōsidat. Christus est salus: & extra fidē christianā nemo saluabitur. Ad quid enī christus dei filius mori pro mūdi peccatis voluit: si vnusquisq; extra fidem eius in sua traditiōe paterna saluari potuisset? Im possibile fuit ab origine mundi p⁹ lapsum generis hūani quēpiā aliter quā in sanguine dñi nostri Iesu christi ad vitā saluari eternam. Quid enim q̄ maior pars hominū extra fidē Iesu hodie manet? Nōne ipse saluator mūdi dudū in scītō euāgelio predixit: qm̄ multi sunt vocati pauci vero electi? Et iterū dicit. Intrate p̄ angustā portā, qm̄ lata est porta & speciosa est via q̄ ducit ad p̄ditionē: & multi sunt q̄ intrant p̄ eam. Quid p̄ictamus deo salus nra cōducere potest: q̄ bonorū nrorū non indiget? Siue enī multi saluent, siue dānentur, de⁹ ipse oīm incōmutabilis est dominus. nihil ei accedit si oēs saluentur: nihil

deficit si totus pereat mundus. Est infallibilis ordo diuine prouidentie/maiestatis: qui damnandos non min⁹ complectitur: q̃ saluādos singulos uidelicet & vniuersos. Nemo certe damnandorū patitur iniuriā: quoniā sicut in primo homine cecidimus om̃es: ita nemo saluatur nisi in sanguine Iesu christi p̃ misericordiā: & nemo dānatur nisi in perfidia sua & de merito p̃ iusticiā.

Exp̃missis alia suboritur non parue difficultatis q̃stio: quam curiositas hominū de fide christi recte sentiētib⁹ consuevit obijcere. Quare om̃ps deus cum sit iustus et misericors tot milia hominū creare nō desinit: quos dānandos certissime precognouit? Quare nō parcit miseris & quos declinatuos prenouit ad malū: in tāta multitudi-
ne nō produceret in interitū? Melius enīm uideretur non esse q̃ male esse. ¶ Ad hāc questionē illerespondeat: si quis dei se consiliariū putat. Quis ego sum ut causam diuine volūtatis edisserā. Om̃ia enī quēcūq; voluit dñs fecit in celo & in terra: & nō est qui voluntati eius possit resistere. Hinc dicit quidam vīr sapiens ad deū. Quis tibi imputabit: si perierint nationes quas tu fecisti? Constituit om̃ps vicissitudinis ordinem rebus: quem nulla vnquā plenitudine mutationis reuocabit. Quemadmodū enim p̃mittit solē suū oriri super bonos & malos: ita vsq; in finē seculi homines cōcipi, nasci. & crescere sinit p̃ios & imp̃ios. Nō sunt in deo cogitationes hominū: neq; mutat consilium ex tempore: sed incōmutabilis cum sit ac sempiternus: om̃ia simul & semel volens ac semper ab eterno inuariabiliter preordinauit. Semel loquitur deus testante sacra scriptura & non addit: quoniā quicquid vult immobiliter vult & nullā recipit commutationē. Vt ergo nascantur homines boni & mali: p̃ij & imp̃ij. fideles & perfidi. peccatores & sancti: saluandi & damnandi. iustissima ratioe

B 1^o

deus permittit; qui hunc ordinē rebus om̃ibus tribuit.
Nihil deo perit; qui omniū est dñs. & non minus malo-
rum q̃ bonorū hominū atq; spirituum / corroboratur;
vbicq; tenet imperium. Christus Iesus ex deo patre deus
sine tempore. & ex virgine homo in tempore mediator
constitutus dei & hominū ipse est per quem accessum
habemus ad deum. ipse est saluator omnium fidelium;
de quo male sentit. qui sine fide christiana. quem / p̃iam
posse saluari temere concedit. Omnipotētia dei respicit
ordinem rerum quem constituit secundū; cuius inuio-
labilem seriem rectitudinis nemo sine fide christi salua-
bitur; nemo qui nō credit in dei filiū iustificatur. Vana
igitur atq; stultissima pietate mouētur qui aliquē extra
fidem christi in toto mundo & qualibet secta putāt esse
saluandū; cum sit eius sententie manifeste contrarium.
Audiant ipsum saluatorē iterum in euangelio dicentē.
Nemo venit ad patrem nisi per me. Ego enim sum via
veritas & vita. Si nemo venit ad patrē nisi p̃ filium; ne-
mo certe saluabitur nisi per ipsum. Quis iudeum salua-
bit atq; paganū; cum nemo saluari possit nisi p̃ christū;
Christus autem illos dumtaxat indubitanter saluabit;
qui corde. sermone. & opere credunt in eum Non sal-
uabit iudeum. nō sarracenum. non paganum. non aliū
quēlibet infidelē. quia nō credūt in ipsum. sed eius do-
ctrinā despiciunt; fidem cōtemnunt. & sanctū nomen
eius blasphemātes tota die vilipendūt. Ipse nāq; in euan-
gelio dixit. Qui me erubuerit & meos sermōes; & ego
erubescā eum coram patre meo. et sanctis angelis eius.
Dicite mihi nūc qui christum colitis & aliquem in sua
secta quā veram putat extra fidem christianā posse sal-
uari cōtenditis. Euangelium christi verum creditis an
falsum; Si verum quare vos sentitis illi cōtrariū; Chri-
stus enī dicit; q̃ non crediderit in filiū dei; ira dei manet

super eum: & iam iudicatus est & cōdemnabitur: & q̄a
nemo venit ad patrem nisi per me, Vos autē nescio qua
temeritate seducti cōtrarium ingeritis, dicentes homi-
nem extra fidem christi / in religione sua paterna quam
credit esse verā & deo placere confidentem: vel secun-
dum legem nature innocēter viuētē: & p̄sertim cum
de fide christi forsitan n̄h̄il audierit vnquā: in sua cōfi-
dentia esse saluādum. Hoc christus nō dixit: sed qui cre-
diderit in vnigenitū filium dei saluabitur: qui vero non
crediderit cōdemnabit. Neminē excepit: nullam condi-
tionē admisit: qm̄ qui pro om̄ib; venerat pati: per so-
lam fidem omniū prouiderat salu ti. Si fides, in saluato-
rem defuerit, iam nulla confidētia incredulū saluabit.
Dixit enī sc̄t̄s p̄sul Augustinus de fide ad petrum.
Firmissime tene: & nullatenus dubites, non solū om̄es
paganos / sed etiam om̄es iudeos hereticos, atq; scisma-
ticos: qui extra ecclesiam catholicam presentem finiūt
vitā / in ignem eternū ituros: qui paratus est diabolo / et
angelis eius. Cernitis nunc quō vos stulta cōmiseratio
trahat: qui deum humanis legibus metiētes vt in cūctis
faciatis misericordē eius vnigenitū filiū dñm & salua-
torem nostrum Iesum christū non timetis iudicare mē-
dacem. Sed christus verax est qui nō credentes in eum
dicit esse dānandos: vos autē temerarij atq; mendaces / q̄
extra fidē eius quēpiam posse saluari cōfiditis. Qui ve-
ratē credit in xpm: neminē prorsus extra vnitatē eccl̄ie
xp̄ianorū catholicā pati dīci saluandū. Cōtrariū quis-
quis dixerit: q̄ verus & bonus christianus non sit ostē-
dit. Hec est enī catholice traditionis inuiolabilis sen-
tētia: quā ip̄e dñs Iesus dei fili⁹ in sc̄tō euangelio diffini-
uit: neminē videlicet extra fidē eius saluandū, quā ep̄s
instituit, docuit, & pp̄rio sanguine cōfirmavit. Quisq;
ergo saluandū hoīem in qualibet secta extra fidem Iesu

Christi affirmauerit. vel in corde suo crediderit. non est bonus christianus: sed poti⁹ apostata & anthichristi discipulus: cū quo nisi resipiscat se nouerit apud inferos perpetuo cruciandū. Anthichristus enim est nō christianus: qui nō credentē in dñm iesum sine saluatore dicit esse saluandū. Nemo igitur sapientissime Cesar in cōspectu maiestatis tue cōpareat: nemo te sibi adherentē sentiat: qui homines extra fidē iesu christi saluādos putat. Omnis enim qui aliquē saluandū extra christi fidē crediderit: et christū & euangeliū eius abnegauit. Q² vero damnandos omēs qui nō sunt christiani dicimus: non crudelitatis sed vere pieratis indicium est. Prestat enī veritati firmiter credere: q̄ homini mendaciter cōsentire. Q² omēs iudei. pagani / gētiles. sarraceni scismatici / heretici & infideles absq; dubio in eternū sint damnandi cum demonibus: sanctorū testatur ecclesia: que nō aliū de q̄ ex christi sermonibus hanc sumpsit & confirmauit sententiam. Sic enim dixit. Qui credit in filiū. habet vitam eternā: p̄ quod fide & ope boni designatur christiani. Qui autē incredulus est filio: non videbit vitam. sed ira dei manet super eum. Hic omnes. denotantur iudei. pagani / sarraceni / gentiles & quicunq; non credunt in dominum nostrum Iesu christum. De scismaticis vero et hereticis manifesta est christi sentētia in euāgelio dicentis. Qui ecclesiam audire noluerit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Ethnicī sunt gētiles / & publicani manifesti & publicī peccatores: de quorū damnatione certissima. sanctorū non dubitat ecclesia. Quis enim christianorū gentiles & enormes peccatores manifestosq; dubitauerit esse damnādos: Cū ergo scismatici & heretici omēs sanctorū cōtemnant eccliam. gentilibus & publicanis dānandis p̄ suis delictis & demeritis rectissime dicuntur similes: & penas sempiternae dam-

nationis cū eis iuste subibūt equales, Ecce quos christi
saluatoris iusta damnauit sententia: hoīm stulta cōmis
seratio: ne dicam crudelitas impia saluandos esse presu
mit: Cupiunt in homines perditos esse misericordes: et
non verētur in deum se exhibere crudeles. Quos ille p
iusticiam deputauit ad mortem: isti presumptiōe pessima
reuocandos asserūt ad vitam. Nō est bonū nec vtile
christiāo: siue serio siue ioco cōtradocere christo. Impi⁹
est non christianus: quisquis infideles dicit esse saluan
dos. Adam primo homine pereūtē peccauimus omēs
& ira dei super totū gen⁹ manebat humanū: ab origine
mundi vsq; ad christū. Venit christus de virgine natus,
qui deus et homo innocens a pētō: mortē crucis volun
tarie subiuit: & inter deum & hominē mediator factus:
iram culpe originalis ab his qui credūt in eum remouit
Sic enim dicit Qui credit in vnigenitum dei filiū, habet
vitam eternā. Qui autē incredulus est filio nō videbit vi
tam: sed ira dei manet super eū. Enīmuero sine fide Iesu
christi nemo saluabitur: quantūlibet iuste & sancte vi
uere in sua religione videatur. Om̃ps etenim deus sine
baptismate materiali potest saluare credentē: sed nō po
test sine fide saluū facere negantē. Nemo saluat inuisi⁹:
quia nemo credit nisi voluntarius. Nouit enim dñs qui
sunt eius/ quoniā credentes in filiū saluat per penitētiā
incredulos vero condemnat per iusticie equitatem.

Hinc interclusa pulsauit animū questio noua. Quid
de insatib⁹ et fatuis nō credentiū paganorū & iudeorū sit
sentiendū. Ad quā breuiter rōndendū. Sicuti insātes chris
tianorū in fide parētū baptisati saluant: ita pueri oīum
infidelīū nō baptisati in parētū pfidia damnabunt. Si
milis ē de fatuis vtriusq; religiōis sentētia: vt quēadmo
dū christianorū baptisatos fatuos indubitāter saluādos
credim⁹: ita nō credentiū dānandos sine dubio dicam⁹.

Bij

Rursum hic querit quid de illis sit hominibus catholice
sentendū, qui nouiter repertas in mari magno insu-
las de quibus apud cosmographos veteres nulla sit mē-
tio inhabitant; & nihil vnquā sicut informati sumus de
christiana religione penitus audiuerūt. Breuis & p̄scri-
ptis ad om̄ia cōformis datur responsio, quoniā veritas
nemine a damnatione nō credentē penitus excepit: nō
insulanū; nō orbi nostro cōtiguū; nō aliū quēquā, siue
prope siue remote morantē; sed indifferenter & sine dif-
finitione personarū conclusit dicens, Qui crediderit &
baptisatus fuerit saluus erit; qui vero nō crediderit con-
demnabitur; & ira dei manet super eum Quis remouet
iram dei ab homine; nisi dñs noster Iesus christus q̄ me-
diator est dei & hoīum? Quo medio, nisi p̄ fidē forma-
tam in ipsum qui mortem gustauit innocens? Cum er-
go sine fide nemo saluetur; nō possumus ignorantib⁹
christum polliceri salutē; quos constat in eum non ha-
bere fidei pietatem. Necessario itaq; dicemus om̄es esse
damnandos qui nō credūt in filiū dei; siue auditū habeāt
de illo; siue illum penitus ignorent, Vnū vero concedi-
mus qm̄ si qui inter eos qui christū ignorant secundū le-
gem nature bene vixerunt, vnū deū inuocātes, etiam si
aliquē peccauerint modo penitentiā ante mortē egissent
minus grauiter damnatos aut dānandos; q̄ illi qui vel
christum audientes cōtemnūt, vel inter vtrosq; male ac
sordide vixerunt, iustus enim est deus qui nulli facit in-
iuriā; sed reddit vnicuiq; secundū opera sua, Manet autē
ira dei super om̄es qui nō credit in vnigenitū filiū eius
propter primi hoīs peccatū originale; a quo nemo iusti-
ficatur nisi per fidē & baptisma dñi & saluatoris nostri
Iesu christi, Originale vero peccatū si fuerit in homine
solum sicut in paruulis nisi remoueatur per christū dā-
nat habentem ad penā dāni dūtaxat; qua videlicet arcetur

a visione dei et fructu felicitatis sc̄ōrū in eternū. Adul-
 tus vero qui mortaliter peccat duplici pena post mortē
 punietur/damni videlicet & sensus; vt & deū non videat,
 & penas ignis iehenne sine fine sentiens nūquā euadat.
 Iudei autē & sarraceni ac reliqui omēs qui fidē christi au-
 dientes cōtemnut/ad penā damni & sensus vtrāq; sine
 dubio damnanī; siue ad legē nature viuant alioquin in-
 nocenter siue cōtrariū. Inter illos vero qui auditū nūq̃
 habuerunt de christo; si qui ad legē nature vsq; ad mor-
 tem viuerēt innocentes; non puto causam prebuisse q̃
 dicantur vel credant ad penā sensus damnādi; q̃uis dei
 visione quā damni penā appellauere theologi priuen-
 tur in eternū. Nemo enim dei patris omnipotētis intue-
 bitur faciē; nisi fuerit per fidē in christo renatus. ¶ Iam
 nunc in eos cōcludamus sententiā; qui nobis ista sc̄dm
 christi doctrinā catholice asserētib⁹. fatua cōsideratiōe
 obijciūt. Ad quid omps deus cum sume sit bonus tot
 milia hominū creare voluit; quos ab eterno p̄sciuit esse
 damnandos Nam si cōparatio christianorū fiat ad infide-
 les; vicesima pars hominū totius mūdi vix hodie cre-
 dit in dñm nostrū Iesum christū. Huius questionis im-
 mensa curiositas multos sepe pulsauit; q̃rum se fides in
 xpm esset firma & seruēs in eis amore deuotio; tā incō-
 sueta & ardua nō q̃rerent. Quis enī tāte vel doctrine vel
 sc̄tutatis hō reperit inter mortales; vt p̄ter ipm deū cau-
 sam nobis apiat diuine volūtatis? **Causa enī voluntatis**
dei est incōprehensibilis; qm̄ ipse causa ē sue rectissime vo-
luntatis. Ordo sēpitern⁹ inuiolabil⁹; & sicut i supiorib⁹
dixi. de⁹ nulli facit iniuriā. Nōne cū iudicaret de⁹ vni-
uersale diluuiū sup terrā; octo hoīes i archa dūtata sal-
uati sunt; ceteri oēs aq̃rū inundatiōe perierūt. Causa p̄-
eūdi fuit p̄ctūz. vt nō crearent nō fuit alia causa quā in-
circūscriptib⁹ bonitas dei. Qz pauci saluātur peuntib⁹
 multis, p̄cessit figura mysteriū; & archa noe xp̄iane fidei

sacramentū. Quoniā quidē sicut extra noe archā omēs
 in diluuiō perierūt: ita nunc omēs qui sunt extra vnita
 tem catholice ecclesie christianorum sine dubio in eter
 num peribunt in peccatis suis. tam iudei q̄ pagani. he
 retici simul atq; scismatici. Iusticia dei damnat: quos bo
 nitas creauit. Misericordia vero saluat: quos gratia cō
 firmauit: quia vt dicit sanctus ap̄lus. nō est volētis neq;
 currentis: sed miserentis dei: quoniā cuius vult misere
 tur: & quem vult indurat. Recte pensiculum? humani
 libertatē arbitrij: & iustam sciemus voluntatē dei.

DE MIRACVLIS

Infidelium, Questio Tercia.



Iertia serenissime maiestatis tue questio fuit.
 Si nemo extra fidē saluat vnde miracula in
 fidelibus: qm̄ fieri stupenda etiā apud incre
 dulos multorum relatione cognouimus.

¶ Huius questionis vt mihi videtur nō erit difficilis so
 lutio: si & scripturis fidem: & naturalibus anīme virib;
 necessariā adhibeamus cōsiderationē. Est autē miracu
 lū accidens nouū & insolitū: quod preter cōsuetudinē
euenit: & hoīes in admirationē trahit. Vnde aliter boni
 christiani: aliter mali: atq; aliter infideles miracula faciūt
 Boni quidē christiani miracula faciunt per publicā ius
 ticiā: mali vero per publice iusticie signa: sed infideles
 per priuatos cū demonibus cōtractus/implicitos vide
 licet siue explicitos. De bonis quidem dixit in sc̄to euā
 gelio dñs. Signa autē eos qui crediderint hec sequentur.
 In noīe meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis
 serpētes tollent: et si mortiferum quid biberint nō eos
 nocebit. Super egros man⁹ imponēt: & bene habebūt.
 De malis vero christianis miracula in noīe iesu christi

facientibus ita scriptū in euāgelio legimus Multi dicē
mihī in illa die. Dñe domine nōne in noīe tuo ppheta
uim? & in noīe tuo demonia eiecim? & in noīe tuo vir
tutes multas fecimus. Et tunc cōfitebor illis. quia nūq̃
nouī vos; discedite a me omnes qui operamini in iniquitatē
Extra vero ecclīam dei ubi nomē dñi nostri Iesu christi
non inuocatur si qua fiunt p̃ter nature ṽl artis humane
cōsuetudinē miranda. demonū cooperatiōe fieri bonū
nemo dubitat christian⁹. Et huiusmodi opa serenitas
tua Cesarea mirāda poti⁹ dicēda ṽtutis discretione cen
set q̃ miracula. Et non discedit a ratiōe hec sentētia veri
tatis; quatenus inter prodigia lucis & tenebrarū. neces
saria discretio haberet. Quatuor mirandorū effectores
inuenio; sed vnicum qui vera facit miracula deum prin
cipaliter vt causam oīum bonorū recognosco. Quo cir
ca primus & maximus omnium effector mirabiliū de⁹
est; qui totum signis / miraculis atq̃ virtutibus mundū
implens illustrauit; cui reliquorū nullus est cōparādus
qui creauit celum & terrā / mare et omīa que in eis sunt;
qui solus est om̃ps iustus sanctus & rectus; bonus / in
comprehēibilis maximus / gloriosus / immēsus & sem
pitern⁹. Eius inferiora cetera sunt omīa; qm̃ quicquid
in hoc mundo mirabiliter potest contingere; minus est
certe quā ipse totus mundus. quē ipse potuit ex nihilo
creare Omne quoq̃ miraculū quod fieri p̃ hoīem potest
minus est hoīe ipso; quē deus creator omniū ad ima
ginem et similitudinē suam ab initio formauit. Et quā
uis miracula dei visibilia naturarum inter mortales
assiduitate videndi iam pene vilescant; tamen si ea sapi
enter intueamur; maiora & rariora inusitatiōis cunctis
apparebunt. Modus autē in deo faciendū miracula. est
voluntas incōmutabilis dei; que cū sit om̃ps facit omīa
quecunq̃ voluerit in celo et in terra Ipse enī dixit & factū

sunt; ipse mandauit & creata sunt. Voluntas dei ordinata est & sempiterna; propterea miracula eius ceteris in comparabiliter sunt maiora. Cunctis enim huius mundi miraculis maius est quod cernimus totum vniuersum; & quicquid continetur in eo dei voluntate creatum. Operatur omnia diuina voluntas incommutabilis perseverans/ quoniam & principio caret & fine; sed quicquid vult deus semper vult; quia cum idem sit apud eum & velle & posse. non est penes incommutabilem laborare. Vnde cuncta miracula vniuersalia que conditor facit vniuersorum & bonis & malis spectanda exhibuit; atque post generalia que iam usu viluerunt apud mortales; in singulis pene creaturis infinita quoque specialiter miranda demonstrauit. ¶ Secundus miraculorum effector bonus est angelus; qui miranda plerumque mortalibus tam virtute naturali quam diuina potestate operatur. Mittuntur enim beatissimi illi spiritus ordinatione diuina in ministerium fidelibus; qui & bonis & malis ea que sunt nature beneficia prestant; solis autem credentibus in deum & dominum nostrum Iesum Christum dona gratie salutaris administrant. Vnde non est dubium ea miracula que fiunt inuocatione diuini nominis in ecclesia sanctorum ministerio & cooperatione ipsorum exhiberi. Sed miranda infidelium si que vel hodie fiunt vel olim sancta leguntur; aut conficta aut ementita sunt; aut demonum ludificatione patrantur. Non enim fieri potest ut ministerio bonorum angelorum infideles quicunque miracula faciant; quoniam ubi Christus Iesus dei filius non creditur; nulla gratie signa per bonos spiritus impijs & reprobis hominibus exhibentur. Enimvero cum sint in errore falsae religionis obstinati; si quid miraculi fuerint in sua estimatione assecuti; per ministerium fieri demonum nullatenus est dubitandum. Nam cum sint bonis angelis omnino dissimiles. Nulla eorum assequuntur familiaritatem. Nullus autem contemptor fidei Christiane deo placere potest; sed quisquis omnipotenti

deo displicere cōvincit; familiaritate scōrū angelorum
 pcul dubio priuatur. Per hoc tñ nō retractam⁹ omnem
 hominē bono alicui spīritui esse cōmissum; cui⁹ minis-
 terio etiā si sit in credulus dei filio. bñficia nature susci-
 pias; quāuis ad dona gratie nō ptingat. Hīs vero qui cre-
 dunt in dñm nostrū Iesum christū nō solū nature bñfi-
 cia conferunt etiā gratie munera ministrant. Manifestū
 est ergo qd si qua fiunt apud infideles miracula/ non dei
 munere/ neq; scōrum ministerio angelorū fieri pote-
 rūt; cū extra vnitatē ecclīe oēs sint positi; et signa p iustis-
 ciā publicā ab impijs nequeāt operari. Deus etenī sicut
 dictū est irā suā originalē ab hoīe nō remouet nisi per fi-
 dem Iesu christi; sed omīs qui incredul⁹ est dei filio/ nō
 videbit vitā eternā/ sed ira dei manet sup eū. Omīs ergo
 sup quē manet ira dei deo placere non poterit; & ideo si
 qua ad eius pces fiunt miranda. nō dei virtute nec ange-
 lorū ministerio; sed demonū potius suppositione cre-
 dantur actitata. ¶ Tertius mirandorū effector est dia-
 bolus; q quasi simea imitari gliscit quodcūq; viderit/ &
 mentes hominū maxime infidelīū varijs illusionib⁹ de-
 cipit; & sibi credētes qdam miraculorū similitudine se-
 ducit. Neq; enim difficile iudico demōibus sensus lu-
 dificare posse hominū; quos cōstat natura cūctis mor-
 talibus cōditos subtiliores. Scire aut cogitationes mor-
 talīū nisi cōiectura quadā nō possunt; cū videlicet inter-
 iora nostra quibusdā signis facimus manifesta. Demo-
 nes futura pñuntiant; & aliquando vera dicunt; aliqñ
 decipiuntur coniecturantes & fallunt. Ab initio mun-
 di rem antecedentia/ quedā signa nouerunt; quorū ex-
 perientia & vsu/ verum quod futūrū est non nunq; pre-
 nuntiāt; qm cū nota sibi rē pcedentia signa viderint/ sta-
 tīm quid in cogitatiōe sit hominis conijciūt. Sepius tñ
 fallūt; quoniam falluntur & ipsi. Cum enim de aliquo

C ij //

interrogantur negocio quod nesciunt: quēadmodū nūcius procul emissus cito/ vel quo die sit reuersurus. statim in ictu oculi pueniūt in eum locum vbi illū esse nouerunt; quē cū viderint iam inchoasse iter ad reuertē dū dētas studiose numerant; & subito reuersi ad interrogantem. certo absentē die cōfirmāt esse venturū. Quē si ille aut moram in via traxerit; aut aliorum declinauerit; certe demones / iudicio suo deceptos iā/ necesse est falli. Libenter se vaticinijs immiscent. et satis promptus li sunt ad p̄dicendū futura hominib⁹ honoris. & estimationis gratia; qm̄ haberi admiratiōe digni maxime cupiunt; honores diuinos appetunt; & timeri a mortalibus. valde concupiscunt. Quēadmodū pueri in abdito latitantes aut discurrentes laruati subito erumpētes de latibulis suis coeuos nil tale suspicantes ex inopinato terrore cōcutiunt. & rursus. ne cognoscantur se iterum abscondunt; qui cū nescientes territos considerant; quasi magnū ex hoc videant affecuti honorē gloriant̄. Horū demones quidam exēplo terre magis affixi. & qui circa hoīes versātur nimis ingeti / quos veteres. appellauere bacuceos homines/ noctib⁹ territant; & nihil magis q̄ estimationē diuinitatis a mortalib⁹ querūt. Vnde & coram his cū quibus ratiōe similitudinis esse p̄mittuntur varias ludificationes nōnunq̄ faciunt; et se terribiles in mentib⁹ pro. vt casus dederit offendunt. Quotiēns possunt humani similitudinē corporis libenter induūt; sed non semper cōuenientē aeris materiā vnde vestiant̄ inueniunt. Propterea sepius apparent mōstruosi & horribiles; quoniam cōgruos v̄ humores v̄ vapores ad p̄fectionē optate apparētie nō habuerūt. Quāto aut̄ magis terrenis affixi sunt mansionib⁹; tanto ex casu ad materiā facti sunt obtusiores. Vnde propter ignoratiā. quā inobedientiā contraxerūt p̄dictiōes demonū frequēter.

De uicis

sunt false; licet diuina pmissione aliquando etiam verifi-
 centur. Nam vt sanctissim⁹ ille iohannes chrysostom⁹
 inquit. cōcessū est diabolo interdū veritatem dicere: vt
 mendaciū suū rari veritate cōmendet: quia si nunq̃ dis-
 ceret verum. neminē posset decipere; et nequaquā ad tem-
 ptandū sufficeret eius seductio. Mirandū igitur non est
 si demones hominib⁹ infidelibus aliquā vera videantur.
 predicere; qui vaticinia in idolis quandā gentilibus po-
 terant exhibere. Neq̃ mirandū si curā quandoq̃ p̃stēt
 infirmantibus. cū naturas nouerint oīum herbarū; seq̃
 facillime applicare possint egrotis; & ṽsaufferre morbos
 quos prius intulerunt; vel sensibus ad tempus subtra-
 here quos casus infligit. Vtitur enim omnipotēs deus
 iure imperatorie maiestatis vniuersorū. etiā demonum
 ministerio tam ad p̃bationē fidelium. q̃ ad vindictam
 impiorū. Qui cum sint affectione peruersi & in sua re-
 bellione obstinati atq̃ superbi; diuinas estimationes &
 honores maxime cupiunt; & propterea inuocationib⁹
 infidelium quas ad deos suos effundere solent; q̃si ipsi
 sint dī libenter occurrunt. Mortuos q̃nq̃ apud infide-
 les resuscitare videntur ad vitam; & curiosis hominib⁹
 miranda ostendunt; vt eos in errore pristino quasi mira-
 culis consumatos reddant omnino p̃tinaces. Mortuos
 tamē verē nō suscitant. sed hominū sensus varie decipi-
 unt; quoniā quidē aut ipsi cadauera mortuorū ingressi
 ad temp⁹ illa circumferūt tanq̃ viuā; aut illis in locū re-
 motiorē subductis. aliquod in specie vita defuncti simu-
 lachrū intuentib⁹ exhibent. videndū; sicut nos quorū-
 dam experientia hominū informauit. Manifestū credi-
 mus demones oīa posse ostendere in falsa quadā simi-
 litudine; quecunq̃ sancti faciunt miracula in veritate.
 Omnia demonū miracula aut sunt fantasmata; aut natu-
 rali quadā industria facta. Nā si hoīes in oculorib⁹ na-

ture mysterijs experti. quadā obstruſa ceteris applicati-
one materie ad formā incōſuetos & mirādos pducunt
effectus: ſicuti ex rore celi naturales formare anguillas.
ex vitulinis carnib⁹ apes: ex quib⁹dā radicibus herbarū
ſerpentes: & his multa ſimilia ne dicā maiora. ſicut nos
in pleriq; pbatio fecit expertos: q̄s neget demones ſub-
tiliores nature & maiores experiētie plura poſſe opari
naturaliter mirāda: que nulli hominum ſunt manifeſta

**¶ Quartus vero miraculorū opator eſt homo: qui qua-
tuor modis operatur miranda: que neſcientib⁹ vel cau-
ſam vel modū nō vidētur humana. Et primo quidē in-
uocatione diuini nois: q̄n in fide dñi nſi Ieſu chriſti cō-
currit meritū acceptę ſc̄tatis. Quo quidē mō ſc̄ti apo-
ſtoli & imitatores eorū / virtute dei ſimul & merito ſc̄ti-
tatis in vnitate fidei miracula fecerūt. Sed iſto mō facere
miracula infideles nequeūt: q̄ neceſſariū iter fidei ad ſa-
lutem nō incedūt. Nā & ſi vnū pleriq; eorum credāt in
deū: quia tñ credere in mediatorē dei et hominū renuūt;
a dei miſericordia procul valde exceſſerūt. Om̄ia vero
pmittente ſc̄tō euāgelio credentib⁹ in deū & dñm no-
ſtrū Ieſum chriſtum ſunt poſſibilia: his videlicet qui fide-
m rectā ſc̄tis quoq; decorāt operib⁹ Enimvero quē-
admodū ſine fide impoſſibile eſt placere deo: ita etiā fide-
ſine operib⁹ mortua eſt. Om̄ia namq; cōcederet no-
bis omps deus que in fide chriſti petimus: ſi faceremus
om̄ia ſecundū fidem que debemus. Credete firmiter et
operare fideliter. & impetrabis om̄ia ſemper. ¶ Secū-
do facit miracula homo ſimilitudine angelice puritatis
Quanto enim mens noſtra in fide Ieſu chriſti cōfirmata
per dilectionē purior euaserit: tanto ſc̄tis angelis effe-
cta ſimilior. eorū familiaritatē maiorem aſſequetur Quis
autē ſc̄torum angelorū om̄imodā familiaritatē aſſe-
cutus fuerit: cū voluerit in miraculis deo largiēte cho-**



ruscabit. Reuelāt enī scti angeli hominib⁹ puris et ī dei
 amore feruentibus archana ceteris abscondita; & multa
 faciūt eis mandato creatoris manifesta. Nā ppe est dñs
 inuocantib⁹ eū in veritate. Voluntatē timentū se faciet
 dñs; & dāprecatōnes eorū exaudiet; et saluos faciet eos.
 Quisquis enī p grām cū christo vnīcus est; angelorum
 crebra visitatiōe reficit; & sepius cū necessitas exposu-
 lat eorū ministerio signis & virtutibus illustrat. Hinc ē
 qd etiā varijs depressi languorib⁹ ad suffragia sctorū se
 cōferūt; & pmissa dñi reuoluētes aīo quod suis meritis
 nequeat alienis cōsequuntur. Quorū in fide christi sctā
 deuotio salutē dño pcpit; qm̄ & puritate adiuta cōsciē-
 tie pprie & suffulta merito sctitatis aliene in spē certam
 non temere cōsurgit, fiunt autē in ecclīa dei miracula vir-
 tute diuina triplici respectu vel medio. Aliqñ nāq; de^o
 omps miraculū opatur ministerio angelorum/meritis
 dumtaxat p̄suis operātis; quēadmodū sctūs Martinus
 cecū & claudū sanauit inuitos. Aliquādo solius merito
 patientis fūt miracula; sicuti plures curatos legim⁹ per
 malos Christianos, quos infirmi optimos in fide cre-
 diderunt. Tertio, huiusmodi sanīatos fieri vtriusq; me-
 rito paciētis videlicet simul & operantis non est dubi-
 tandum; Christo dicente ad quandam in sancto euan-
 gelio, Si potes credere; omnia possibilia sunt credenti.
 Vsq; enī fides requiritur ad miraculum/ vt dominus
 noster Iesus christus veniens in patriam suam miraretur
 qd nō poterat ibi facere virtutem vllam propter in-
 credulitatem illorum. Sed nihil horum apud infideles
 agitur; vbi nec in operante sanctitas/ nec in patiente fi-
 des orthodoxa inuenitur. ¶ Tertio igitur miracula
 facit homo mediante cooperatione diabolice prauitas-
 tis, & hoc fieri potest tripliciter, manifesta videlicet in
 inuocatione demonū implicatione & suppositione.

Inuocatiōe manifesta necromantici et mulierē cule quas
vulgo maleficas nūcupamus mirāda faciunt; qui simi-
litudine voluntatis deprauati in cōsortiū demonū tran-
sierunt. Nam sicut in ecclesia dei sacramenta signa sunt
gratie inuisibilis spūs sc̄ti; ita in scola demoniorū cha-
racteres quidā & inuocatiōis modi note sunt pacti ho-
minis & spūs maligni. Vnde maleficis demonū signa
preferentib⁹ maligni spūs inuocati libenter cōsueuerūt
occurrere; & horrēda maleficia simul & miranda que-
dam exhibere Sed aliter malefice atq; aliter necroman-
tici demonū inuocatione mirandos producunt effect⁹
Malefice quodam professionis genere subiiciuntur de-
monibus; quorum ministerio aerem turbant tempesta-
tes suscitant; fruges deuastant; homines & iumenta in-
firmant. Agunt cū demonibus spurcissime voluptatis
feda cōmertia; & eos perniciosi carminib⁹ quos volu-
erint ab inferis reuocant in aspectū; Harū facta nō mira-
cula sed potius maleficia dicēda sunt; & extremo suppli-
cio merito punienda. Necromantici vero non professi-
one manifesta; sed implicita conditione demonibus se
subiiciunt; dum eos nō solum coniurationibus & ostē-
sione characterū, sed etiam sacrificijs fumigijs & votis
ad circulū visibiles compellere pollicentur. Horū infi-
nita sunt scelera, qm̄ in cōsortiū demonū vlt̄ implicite
vel explicite omēs conspirare manifestū est. Quamuis
autem necromantici non omēs vel arte vel opere sint pa-
res; in perniciem tamē propriam damnabili curiositate
omēs sunt cōcordes; qua demonū suffragio cupiūt asse-
qui; quod naturaliter nequeūt inuenire. Omnia eorum
& opera & volumina sup̄stitionibus & impietate sunt
plena; & ob id procul a finibus credētū extermināda.
Magna incauatorū & necromanticorū in oriente mul-
titudo est; qui suis prestigijs humanū gen⁹ miserabilis

decipiunt; & penet totā Aſyam maiorem & minorem a
fide chriſti dudum auerterunt. Tribus modis fieri pre-
ſtigia poſſunt; miniſterio demonū; operatione nature;
& deceptione artis humane. Miracula infidelīū vno iſto
rum fieri modo nullus dubitabit ver^o chriſtianorū; ubi
radix ponitur determinata operantis. Sunt autē hodie
cōplures inter chriſtianos demonū operib^o / dediti, in-
cantatores; malefici; & reprobi circa fidem; qui multos
nimia curioſitate decipiunt; & ſuis artibus impoſſibi-
lia promittunt. ¶ Implicatione vero demonū quan-
doq; fiunt miranda; quotiens videlicet homo non ſatis
recte in fide firmatus aliquid opatur vel optat aliter quā
debet chriſtianū; etiā ſi nullū credit eſſe peccatum; quod
cum fieri nō debeat nihilominus diabolus ſe intromi-
ſcens optatū plerūq; pſtat effectum. Tale nāq; eſt illud
quo ſpaſmatici plerūq; vtuntur. In die ſacro paraſce-
ues annulū cuiuſcūq; metalli ſub officio fabricāt; quē
ſemper poſtea in digito cordiali portant. Vaniffima ſūt
hec/ nullā penit^o radicē veritatis habētia Attamē vidiffe
me quosdā eadē vanitate curatos a ſpaſmo negare non
poſſum. Item verbis & herbis fortiffimas quosdā ape-
ruiffe ſeras mihi cōſtat: quod neq; dei virtute neq; vio-
lentiā rerū appoſitarū exiſtimo ſcītm. Innumera que vi-
di & audiui poſſem introducere ſimilia; quorū effect^o
manifeſti quid ſunt aliud q̄ quedā demonū miracula.
Sunt deniq; nonnulli homines nimīū curioſi, q̄ chara-
cteribus, ſcedulis, annulis/figuris/monilibuſq; & vo-
cabulis ignotis fidem & cōfidentiā p̄tinaciter adhiben-
tes, mirandos ſepe cōſequūtur effectus; quos neq; ſcī-
tatis merito/neq; dei cōceſſos miſeratione, ſed p̄ſida po-
tius credulitate ſubminiſtraſſe diabolū minime dubita-
mus. Demones enim maximā humani generis inuidiā
habētes; vt aīas p̄dant mortaliū; libenter occurrūt vanis

operatiōibus impiorū. Quid nam sunt aliud caracte-
res, & occultorū interpretationes nominū; quā esculē-
ta quedam & potagia demoniorū? Quicunq; caracte-
rib⁹ mirabiles effectus p^rmittentibus fidē adhibet; & si
dem christi & ecclesiam scōrū implicite negauit. Heu
quot hodie christiani, quot clerici, quot sacerdotes (vt
maioribus parcā) superstitionib⁹ & multis & varijs vtū-
tur in actionibus quotidianis; quib⁹ implicatas demo-
num sequūtur pactiones; in cōtumeliā christiane fidei
& ppriā condēnationē. Et quia hec mala iam nimium
sunt inter christianos multiplicata retraxit omnipotēs
manū; & tradidit eos in dicionē perfidorū; vt exactores
penarum illos sentiant; quorū imitatione nō deo viuo
& vero, sed vanis superstitionibus p^rtinaciter militabāt
¶ Suppositione autē demonū mirāda fieri manifeste co-
gnosćimus si diligētius veritatē inquirimus. Iudei nāq;
sarraceni/pagani/siue gentiles / q nō credūt in deū no-
strum Iesum christū si qua faciunt miracula; nō dei vir-
tute nō angelorū ministerio; nō sanctitatis merito / sed
demonū credimus suppositiōe facta. Nam quotiens/
omnipotentē deum in cuius vnigenitū filiū nō credūt
pro alicuius mirandī effectus miseratiōe inuocant; scis
ens diabolus qm nō est peccatoribus salus; & quia nō
exaudit altissimus p^rctōres infideles; vt eos in errorib⁹
conseruet pertinaces; se occulte, p deo inuocato appli-
cat; & si potest permittente dño quod postulatur oran-
tibus pstat. Hac diabolus suppositione tanto liberius
vtitur; quanto min⁹ a fide christi & ecclesie sacramentis
impeditur. Manet enim ira dei super oēs infideles qui
non credūt in eius vnigenitū filium; & sunt in potestate
diaboli; ac ideo se inuocantibus ingerit loco dei. Vnde
in suis erroribus obcecati deū inuocant in cui⁹ filiū nō
credūt; q̄s in ira manētes audire cū despiciūt; falsus mira-

tuloꝝ opatoꝝ diaboluꝝ accedit. Creduꝝ ergo ludifica-
 tionibuꝝ diaboliꝝ: qui credere coꝛtemnuꝝ veris miracu-
 lis dei. A demonibꝝ falsa miracula suis coꝛueniẽtia er-
 roꝝ accipiunt: qꝫ veritaẽ id est chꝛistuꝝ sequi creden-
 do nolueruꝝ. Multi sunt eni apud infideles qui vnu deũ
 creatoꝝ oĩuꝝ colentes: idola noꝝ adoraꝝ. et firmiter cre-
 dunt in sua se fide saluandos. Veruꝝ quia mĩsteriuꝝ dñice
 incarnationis credere despiciunt: manet supꝫ eos ira dei
 & in suis fatuitatibꝫ euanescent. Existimantes sibi deũ
 esse pꝫimuꝝ in quẽ noꝝ recte creduꝝ. subiciuntur demo-
 nibꝫ: quoruꝝ falsis miraculis fidem adhibẽtes in suis
 erroribꝫ mendatio coꝛfirmantur. Cuiꝫ rei similitudinẽ
 introduxisse o Cesar noꝝ pigeat. Erat homo qdaꝝ custos
 porcoꝝ qui scedulã bacillo incluſerat nomẽ diui mar-
 tyris Blasij coꝛtinentẽ: cui tantũ fidei detulit vt baculo in
 medio gregis terre affixo lupum ab accessu prohibituꝝ
 crederet omnẽ. Hac stulta coꝛfidentia per longam expe-
 rientiã tandẽ roborata: ibat homo securus quocũqꝫ vo-
 lebat dimittens sine periculo in nemore porcos cuꝝ lu-
 porum iam nullus haberet accessum. Coꝛtigĩt pꝫtransire
 videntẽ absente pastore qui cernens demonẽ custodiã
 habere gregis. dixit ad euꝝ. Qd' miser hic agis? Qui rĩdit
 istos custodio porcos. At ille. Quis tibi cura porcoꝝ
 coꝛmisit? Iteruꝝ rĩdit. Stulta coꝛfidentia pastoris. Nã scedu-
 la qũdã bacillo incluſa magne pĩctat esse xꝫtutis: qꝫ blas-
 sij cuiusdã meritis lupi arceant a porcis: sua peccauit in
 legẽ: & nostras segit vanitates. Veruꝝ qia inuocat' noꝝ
 coꝛparet: ego ne hõ coꝛfidentiã suã amitteret porcos eiꝫ
 custodio: & me pꝫblasio libẽs suppono. Ita inqꝫ mortas-
 les vanis coꝛiurationibꝫ nos molestaꝝ. vt nisi velim' esti-
 mationẽ nꝫi & honoꝝ apd' eos pꝫdere omnẽ: necesse sit
 eoꝝ inuocationibꝫ stultis pleruꝫqꝫ occurram'. Huiꝫ si-
 militudine fẽti demones misẽcores infideles decipiũt:

& miracula que orātes a deo postulant; malignorū spiritū suppositione sepius assequitur. In his enī que dei vel cultū respiciunt vel honorē libenter se demones ingerunt; & qui manifestos honores assequi nequeūt; occultis nimirū delectant. ¶ Simul notandū q̄ ab initio mūdi, nulli vnquā religioni vř secte principaliter excellenti defuere miracula; quāuis non omīa ex vno principio sint facta. Nā quicquid miraculorū in vera religiōe factum est; nō aliunde q̄ a deo factū est. Habuit enī lex nature miracula sua; habuit lex scripta; habet iam simul & gratia. Qui religionē dedit om̄ps deus; ipse etiā miracula facit. In falsis aut religionibus vbi veritas nō colit; si qua fiunt miracula non deus sed diabolus operatur. Deus enī cū sit veritas religiones falsas non instituit; & ideo suis miracul' nūq̄ mēdaciū illustrauit. Mahumet qui malo demone plen' falsam religionē instituit; non ex deo sed cooperatiōe demonū falsis eā miraculis exornauit. Demō etenī qui causam dedit erroris; etiā miraculū (ocasiōe tñ accepta) falsum potuit exhibere deceptis. Vnde si Mahumeto nouā religionē rudī populo persuadenti penitus defuissent miracula; nemo ei forsitan adhibuisset fidē. Ostendit enī & ipse tā subtilitate ingenij quā cooperatione diaboli q̄dam miranda populis; vt nouā doctrinā nouis quoq̄ miraculis confirmasse videretur. Paganis idolatris etiam nō defuerunt miracula; si fidem historijs nō negamus. Iudei vero ante incarnationē filij dei legem eius suscipiētes p̄ moſen diuinis frequēti miraculis fuerūt illustrati. At vero p̄ dominicā resurrectionē euacuata lege mosaica q̄ non credunt in vnigenitū filiū dei manēt sub ira indignationis eius; & cessauerūt ab eis oīa miracula veritatis. Vñ si qua hodie mirāda faciunt demonū sunt opera; & manifesti indicia erroris. Maximo enī demones studio in-

uigilant ut eos hoīes quos a uia ueritatis que christus ē
 semel fecerunt errātes; cōtinuatōe fraudis usq; ad mor-
 tem faciāt in errore p̄tinaces. Enīmuero cū deus gratiā
 suam infidelib⁹ iusta ratiōe subtrahit: eorum deceptor
 malignus spūs incognitus accedit; & qui longe saluteꝝ
 abesse cōspicit; falsis miraculis quasi p̄pe sit dñs mētes
 ignorantiū seducit. Demonū igitur sunt opera quecūq;
 infideliū miracula; qm̄ sicut extra vnitatē christiāe fidei
 nō est salus mortalib⁹; ita sine christo non cōcedit̄ mira-
 biliū sanctissima uirtus. Nunc etenī demones in insi-
 dijs latitantes tropheo christi dudū victi atq; confusi; in
 apto cōparere ut ante incarnationē dñi metuūt; & ideo
 se apud infideles p̄ bonis sp̄itibus mendaciter osten-
 dunt. ¶ Sunt etiā qui p̄scriptis tribus adiungunt mo-
 dis/ quartū dicentes mentē siue sp̄itū ipsius hominis
 posse naturaliter miranda facere; modo sciat se ab omni
 aduētito in seipsam supra sensum in vnitatē reuocare.
 Pollicentur enī qui talia astruunt nature miranda facere
 futura p̄dicere; secreta hominū pandere; morbos aufer-
 re; & hominū subito cōsilia immutare. Sed iste miracu-
 loꝝ modus non potest esse simpliciter naturalis certus
 cōmunis & infallibilis; qm̄ si uerus est quod ego nō suꝝ
 expertus; necesse est iam aliquid externe potestatis oc-
 currere; & vel angelum bonum vel sp̄m malignū co-
 gitantē in parte occupare. Si autē nihil exterarū uirtutū
 se intermiscet; necesse est uaticinantē vel ex cōlecturis
 vel ex audaci p̄sumptione loquēdi formare principiū;
 & aliqñ uerū aliqñ falsum pronunciare iudiciū. Enī-
 uero quā diu uersatur in corpore sp̄itus; nihil natura-
 liter intelligit sine ministerio sensus. Vñ non obniterer
 penitus si cōfusus et rudem intellectum nostrum pari-
 concedant ministerio adiuuari/ Cernimus enim in his
 qui plerumq; amoris interni ad Iesum desiderio carnis:

modū contemplantes excedunt; a terra sursum leuatos
in aera; quos nō sua dūtaxat acie mentis, sed diuina nīhi-
lominus virtute pōdus excedere corporale putamus.
Tria igitur memorate opīniōis pīncipia incognita mul-
tis; satis faciunt mea sententia paucis, vt mens in corpo-
re posita mirandos extra se, p̄pria virtute operet effect⁹.
Quid enī? Dicat mihi nature quīq; ignarus: vtrū cor-
porale pondus operatiōe mētis alleuari possit. Ego cō-
testantib⁹ mecū duobus rem dico expertā. Cū proseq̃-
rer adolescēs studia līrag, in vno lecto quatuor eramus
nocte quadā dormientes. Surrexit e latere meo coeui⁹
& dormiēs vt solebat in somnis domū oculis clausis &
luna intro lucēte quīta decima q̃si vigil circū ambulabat
Ascēdit muros: & elucrū agilitate sua vincebat. Lectū
quoq; scdō & tertio sopitus trāscendit; calcauit nos pe-
dibus oēs; nec maius sensimus pondus: quā s̄imus nos
contigisset exiguus. Quo cūq; dormiēs corp⁹ moueba-
tur; subito ianuarū oēs vltro aperiebant clausure. Altio-
ra domus edificia velocissime penetrauit; & more passe-
ris herebat in tectis. Visā loquor; nō vaga relatiōe audi-
ta. Hec aīe nō corpīs videntur officia; q̃ sua naturali po-
testate vt ita dixerim q̃si libere vtitur; qñ ligatis sensibus
carnis extra domiciliū corpīs euagat. Sed cū non sit p̄-
posite questionī materia ex omī pte conueniēs; de cau-
sis horū mirabiliū in aliud tempus remittam⁹ tractatum
Haut enī credimus ista mirāda sapiētib⁹ qui mentis hu-
mane virtutē & nobilitatē optime intellexerūt; vt pote
q̃ solo corpīs interiectu remorata, dereliq̃ par angelis
estimatur. Fascinationū deniq; & varios modos p̄tran-
sim⁹ et genera; q̃bus ad externa furios⁹ valde mirādos
opatur effectus. Multa etiā potest ad p̄ducendos mirā-
biles effectus fortissime cōfidētis imaginatio; siue in ve-
rum; siue inestimātū feratur obiectū. Vnde cuq; tot sint

operandi miranda & gñā & modī; nō est mirandum, si iudei, sarraceni, pagani, gentiles, ac reliqui extra fidem, christi cōstituti q̄cunq; infideles qui facere miracula publicā iusticiam nequeunt; mirāda vel demonū suffragio v̄particiosa industria cōmittūt. Nec me fugit parī quidē ratiōi miracula sc̄tōrum impugnari ab impijs quasi nō virtute creatoris fiant sed poti⁹ implicatiōe v̄ suppositione diaboli. Quisquis christianā fidē solā veraciter credit esse verā; oīz infidelīū miracula coopatiōe demonū non dubitat esse patrata. Si q̄s v̄o cōtrariū temere & p̄tinaciter senserit; infidelē se nō xp̄ianū oñdit.

DE SCRIPTVRA

Sacra. Questio Quarta.



Varta vero serenissime maiestatis tue questio fuit ista. Quare op̄s de⁹ scripturā sc̄tām tā noui q̄ veteris testamenti mysteria fidei n̄re cōtinentē, non dederit apertā/manifestā in oībusq; vniformē & palā ad oīa sufficiētem; sed inuolutā potius; & in multis locis enygmatis plenā. Multa enī ad p̄fectionē fidei sūt necessaria; q̄ in diuinis scripturis non repereunt sufficiēter expressā. Ad hāc maiestatis tue sacratissime, questionē videtur r̄ndendū. Om̄is scriptura diuinitās inspirata p̄fectū diuinitatis ē opus ante tēpus oīe preordinatū, in tpe scriptū; nō secus q̄ deus voluit; qui vt scriberetur hōibz inspirauit. Deī autem omnia perfecta sunt opera; ideoq; cum scriptura de qua loquimur deī sit opus; necessarium est eā in omnibus cōfiteri perfectam. Summus etenim arbiter deus cuius omnia perfecta sunt opera, sicut voluit et quem voluit scripturis suis ordinē cōtulit; & excipientibus illas quēadmodū scriberēt proculdubio infudit,

Sacre namque scripture tantam omnipotens deus auctoritatem & maiestatem contulit: ut in eius comparatione omnia huius mundi vocabula deficiant: cum diuina humanis proprie nequeant comprehendere sermonibus. Diuina igitur scriptura que superficie verborum nescientibus apparet confusa: scientibus eam videtur manifesta: quam nisi legatur illo spiritu quo infusa hominibus creditur: ad eius intellectum minime peruenitur. Aliter eam legit doctus qui carnis umbraculo ac vanis desideriis estuat: et aliter intelligens quem exutum voluptatibus amor dei veraciter inflamat. Vnde mirum non est si homines carnaliter sapientes diuinas scripturas non intelligant: qui carnis voluptatibus obcecati dei spiritus dulcedinem nunquam perciperunt. Quod admodum si puero prima litterarum elementa discere volumus exhibeas quodcumque scriptum cuius character suo sit libello dissimilis cum legere nequeat scripturam illico malam & non recte formatam exclamabit. Pari modo ad lectionem diuinarum scripturarum accedentes homines carnaliter dumtaxat sapientes: qui ea que diuini spiritus sunt non capiunt, vicibus & temeritate grauati cum suam ignorantiam & indignitatem culpare debuissent scripturas quas non intelligunt sanctas reprehendunt. Non enim passim omnibus diuinas licet interpretari scripturas: ne bestia contingens montem lapidibus obruatur. Surgunt nunc ordine postero plures qui omne vite sue tempus in litteris humanitatis consumpserunt: & seniores sancti diuinas scripturas quas nunquam didicerunt propterea interpretantes non enucleant sed confundunt & in proprio sensu discutiunt. Vnde quicumque sacras scripturas non eo spiritu intelligunt quo scribentibus sunt infuse: velamen ignorantie & temeritatis super cordibus suis habent more iudeorum expansum: & inde sepius venenum perniciosis erroris hauriunt: vnde in spiritu accedentes dei humiles

salutis poculū acceperūt. Non enī habetur doctrīna celestis in verbis scripturæ; sed in sensu: nō in superficie sermonū; sed in intellectu: nō in folijs ornatē oratōis; s; in occulto mystice inspirationis. Hinc diu^s papa Gregorius, Sacra inquit scriptura omēs huius mundi sciētiās/more locutionis sue longe transcendit: qm̄ in vno eodemq; sermone dū narrat textū occultū, pdit mysteriū; & quēadmodū simplices superficie resouet; ita sapientes mysterio exercet. Habet enī in publico vnde paruulos nutriat: & seruat in occulto vñ mētes sublimiū in admirationē dulcedinis suspendat: quasi fluuius qdā mirabilis in q̄ & agnus simplex & paruulus ambulat, & elephas magnus nater. Et sc̄tūs Augustīn^s super genisim dicit, Sic diuina loquitur scriptura vt altitudine sua superbos irideat; attētos pfunditate sua terreat; magnos virtute pascat; & sua paruulos affabilitate nutriat. Maior emī est sacre scripture auctoritas: q̄ sit omīs ingenij humani perspicacitas. Propterea quatenus ad eam verū intellectū perueniatur, in primis purgandus est ab omni affectione carnali animus: implorandum sedulo cū humilitate diuine bonitatis auxiliū: vt suo illuminet spū discētis intellectū. Auctoritati nāq; diuinarum scripturarū omniū colla subdenda sunt potestati; & sicut diuus inquit Ieronimus nūq; sic aduladum est homini/vt sanctarū scripturarū veritas negligatur: q̄ tota in vtroq; testamēto & in narratione gestorū ē vera; in monitionib⁹ recta; in promissionib⁹ certa; & in cōmīnationib⁹ terribiliter metuēda. Quo circa nō omnibus datum est posse diuinarū scripturarū penetrare mysteria; sed illis dumtaxat vt cumq; permittitur: quibus & amor cōtinuat studium: & dei spīritus purgatis mentibus verū confert intellectū. Quisquis autē caligie vīciorum est sordidus: quisquis mente tumida incedit

superbus: quisquis de veritate scripturarum dei vel in parte vel in toto dubitat: nunquam ad earum intelligē-
tiam se posse pertingere confidat. Dicit enim ipseus au-
ctoritas scripture quoniam nisi credideritis non intel-
ligetis. Nostri est tarditas ingenij, nostri quoq; impu-
ritas desiderij: quoties diuinas scripturas non recte in-
telligimus: quando videlicet velamen perniciosę occu-
pationis super cordib⁹ nostris manet expāsum quod
non sinit nos ad verum peruenire intellectum. Hinc fit
q̃ sensum quē spūs sctūs diuinis scripturis infudit non
intelligimus: sed nuda sribentiū verba capiēns in aliū
sensum retorquemus. Enimuero si mentes nostre a vi-
cijs essent purgate carnalibus: si p̃ continuū sobrietatis
studiū: ingeniū exercitaret in scripturis: si ea sanctis scri-
pturis adhiberetur credulitas & reuerētia quā dignitas
requirit: luce clarius intelligeret oīs studiosus, nihil sa-
cris lectionib⁹ inesse cōfusum: nihil dissonū, nihil incō-
ueniens/nihil absurdū: aut sine iustissima ratione infer-
tū. Om̃ia siquidē diuine loca scripture sunt plena myste-
rijs: & q̃tiens aliqd in eis videtur obscure positū: diuina
est prouidentia factū: q̃tenus & studiosa mens necessa-
riū habeat pietatis exercitiū: & fides simpliciū debite re-
uerentie nō amitteret locū. Nō igit̃ a casu sed prouidentia
sempiterna scripturas sctās ī multis locis voluit esse ob-
scuras: q̃tenus tot abundaret misterijs: quot sensib⁹ in-
spirante dei spiritu catholice a doctoribus explanatur.
Nā vt facer ingt̃ Augustinus diuine scripture obscuri-
tas utilis est & multū pficua: p̃pterea q̃ plures sentētiās
veritatis parit & in lucem pducit hominib⁹: quia cū ali⁹
hunc alius vero aliū sensum catholice eam exponendo
eruit: quā sit alta & profunda innotescit. Vnde nō exis-
timet homoulare litteratura tumid⁹ q̃ sacra scriptu-
rā intelligat: nisi prius velamē superbie, & om̃is inordinis

nate cōcupiscentie deponat. Secularis enim litteratura
 maius valet ad exercitandū ingenium; q̄ ad illuminan-
 dum ad veram sapiētiā intellectū. Est ergo sine dubio
 scriptura diuina purgatis mētibus q̄ cōtinuū exercitiū
 diuini timoris/ & frequēs studium lectiōis & manife-
 sta & lucida; que sordidis & seculari sapiētia inflatis cō-
 fusa videtur & obscura. Vnde scripturas sanctas ille be-
 ne & recte intelligit; qui affectione purgata/ in earū stu-
 dio frequens, sic eas exponit sicut ille qui scripsit. Nā si
 alio spiritu legatur, q̄ illo qui eas vt scriberent inspiras-
 se creditur; necesse est q̄ mens a vero intellectu penitus
 arceatur: Cum vero dissonantiā in eis aliquā offēdim⁹:
 non sensuū sed verborū esse dūtaxat intelligamus: que
 non a casu/ sed prouidētia dei ordinate nascitur: vt mē-
 in scripturis (ne torpescat omnino) exercitata diuti⁹ ro-
 boretur. Dei namq; consilium falli non potest; sed di-
 uine scripture consilio voluntatis eius sunt scripture;
 sequitur necessario q̄ sint vere & nullatenus false. Ho-
 mines fuerunt a quibus diuine nobis scripture tradite
 sunt; verba certe humana consuetudine v̄sitata scripse-
 runt; quibus hoc significarent posteritati q̄ summa illa
 diuinitatis excellentia notum voluit esse mortalibus.
 Vos igitur nunc qui seculari sapientie dediti scripturas
 impugnatis diuinas dicite. Noui ac veteris testamenti
 quam vt veram auctentiam & sanctam christianorum
 suscepit et veneratur scripturam ecclesia, vnde susceptā
 creditis; Ex deo; an ex hominib⁹? Si ex deo: quare vos
 ei nō creditis? Om̄is enim qui scripturā impugnat quā
 ex deo inspiratam credit; diuine ordinatiōi manifestis-
 sime resistit. Si autem ex hominibus est; quare vos pro-
 missa; in ea salutē speratis eternā; quā hō dare nō potest
 Nisi forsitan pergatis dicere, insani cōficta om̄ia; et nihil

restare post fata ꝑ cinerem : mentēꝑ simul cū corpore
subire interitum : que ꝑfessio nō minus vos insanos de
monstraret ꝑ fatuos. Nā si in dñm nostrm Iesum chris
tum vnigenitum filiū dei veraciter creditis : inspiratas
a spiritu sc̃to diuinas scripturas necessario dicetis. Q
si facti cū apostatis in reprobū sensum cōfictas ab ho
minibus dixeritis : ꝑ longe sitis a vera sapientia in tene
bris errātes impie demōstratis Imperitos & temerarios
iudices vos esse palam ostēditis : qui scripturā quā non
intelligitis cōdemnatis. Verū quia familiari^r est vobis
sapientiā cōtemnere ꝑ discere : nō est huius operis con
tra temeritatē imperitorꝝ diutius mentem fatigare. Hoc
vnū vos scire volo . qm̃ nemo intelligit nisi qui accipit
sed q̃a vos ne accipiatis sordes affectionū interponitis
propterea intellectū vere sapientie non habetis. Om̃s
eteni deus illis per gratiā illuminator adesse dignatur : q
carnalib^r exuti desiderijs . interni amoris flagrant incen
dio : qui preter deū nihil cupiunt in hoc mūdo. Illis dei
spiritus ꝑsentia sua fert opem : quos in amore veritatis
radicatos inuenerit : & purgatos ab om̃i aduētito in co
gnoscentiam omniū introducit. Vere nanq; diligentia
bus deum omnia sunt aperta : om̃ia nuda / om̃ia manife
sta : qm̃ quisquis ꝑ amorē in fide Iesu christi om̃ia crea
turā & gubernātem cōspicit : vniuersa que sunt ei ad sa
lutē necessaria cognoscit. At vero contra ab ignauis /
improbis epulonibus / inuidis / auaris / incubonibus .
sordidis / luxuriosis / homicidis / impijs sup̃bis / & a pie
tate alienis / procul admodū habitat illustratio dei : ꝑ
mittēs eos demonis vltoris arbitrio q̃ seui ignis acumē
incuciens sensus affligit & mentē : magisꝑ ad patranda
scelera impios armat & impellit : vt turpioris culpe rei
acriori quoꝑ supplicio fiant obnoxij. Vñ vicijs & de
siderijs implicati mundanis / nō solū scripturas diuinas

intellectu penetrare nequeunt: verū etiā semetipſos ne-
 gligentes non agnoſcunt Cum ergo ſcriptura ſacra p-
 ſectū ſit dei opus, ſic mentē cōfirmemus ceſar oportet,
 quatenus eam credamus verā, rectam, integram, ſolidā
 diuinitus inſpiratā: & om̄ibus ad chriſtiane fidei cōfir-
 mationē intelligentibus abundantiffime ſufficientem.
 Enimvero niſi ſcriptura diuina vera / ſancta : p-ſectaꝝ in
 omnibus credatur & integra: fundamēto ſuo fides pri-
 uaretur chriſtiana, Cauendū eſt ergo maxime om̄i chri-
 ſtiano, ne pluſqꝫ expedit diuinas diſcutiēdo ſcripturas /
 terminos egrediatur pietatis: quia nō homo auctor eſt
 ſcripturarū ſed ſpiritus ſc̄us: cuius ordinationi reſiſte-
 re cōuincitur: quiſquis integritati ſcripturarū dei relu-
 ctatur, Eſt autē ſcriptura (ordināte deo) parabolis / eni-
 gmatibus / ſimilitudinibusqꝫ et cōparationibus vtiliter
 in texta figurarum: quatenus legentes exercitentur ad
 intelligentiā: & interna dulcedine guſtata mens cōfir-
 metur ad pietatē, Itaqꝫ ſi purificatis mentibus ſenſum at-
 tendamus ſcripturaꝝ non verba: intelligemus qꝫ recte
 & p-pprie om̄ia ſint ordinata, Nō enī decebat ſacras ſcri-
 pturas in quibꝫ cognitio diuine traditur maiestatis vſqꝫ
 adeo planas eſſe & manifestas vt paſſim intelligerentur
 ab om̄ibus: que bonis intelligenda dumtaxat proponi-
 tur & ſanctis / nō etiā malis ſordidiſqꝫ mētibus atqꝫ pol-
 lutis, Hinc etenim ſcriptū eſt, Beſtia que tetigerit mōtem
 lapidibus obruatur, Quid hic designatur per beſtiam:
 niſi homines imitatione brutorū ſine dei amore viuē-
 tes in voluptatibus carnis: & quid per mōtem exprimi-
 tur: niſi diuinā altitudo ſcripturarum: Accedens ad
 montē hunc ſanctum / beſtia lapidibus obruitur: quo-
 niam homo mente impurus / & circa fidē infirmus: qui
 altitudinē diuināꝝ ſcripturaꝝ rimari ſine tradente ma-
 giſtro nititur: varijs & pernicioſis erroribꝫ quaſi lapidē

ictibus vulneratur. Nā sicut omnia munda sunt mūdis:
 ita prophana videntur cuncta prophanis. Posuit ergo
 de^o latibulū suū altitudinē scripturarū: q̄ sic inaccessibilē
 & clausa est reprobis / vt tamē semper manifesta pateat
 sc̄tis ¶ Quare autē op̄s deus scripturam sc̄tā ad omnia
 que fidem respiciunt christianā nō dederit sufficientem
 & manifestā: breuiter r̄ndemus. Duo sunt que ad cōfir-
 mationē fidei christiane altissimus p̄uidit credentib⁹:
 ecclesiam videlicet et scripturā: vt quid in altera nō satis
 manifeste exprimitur: latius ab altera declaratur. Vnde
 si quid in scripturis sc̄tis circa regulas fidei min⁹ sufficiē-
 enter inuenim⁹ expressum: mox recursum habem⁹ ad
 ecclesiam: & vbi eccl̄ia in informatione salutari opus ha-
 bet ad piecatē: ilico se confert ad scripturam. Hinc fit q̄
 neq; sine scriptura haberet ecclesia auctoritatē neq; sine
 ecclesia fidem scriptura: vt duorū fiat sententia vna Au-
 gustinus enī dicit, Euangelio nō crederem: nisi aucto-
 ritas ecclesie me cōpelleret. Ioannes autē gersonēsis dicit
 Ecclesie non crederem: nisi euāgeliū me cōpelleret. Cō-
 firmat autē scripturā sanctā ecclesia: & ipsa confirmatur
 pariformiter a scriptura. Ecclesia abundat quoties scri-
 ptura deficit: & si quādo eccl̄ia dubitat ad scripturē cō-
 siliū recurrit. Vnus enī est dei spūs sc̄tūs qui in fide Iesu
 christi fundauit ecclesiā: ip̄e idem om̄ps q̄ solus inspi-
 rauit scripturā. Et hic est funiculus triplex, qui nō faci-
 le rumpitur: vbi scriptura diuina p̄ spūm sc̄tūm aucto-
 ritati ecclesie copulatur: vsq; adeo vt eccl̄ia scripturam:
 & scriptura rursus cōmendet ecclesiam. Causam itaq;
 vt mihi videtur ad propositam questionē inuicte maie-
 statis o Cesar sufficiētem assignauimus: quoniā si om-
 nia in scripturis sanctis essent manifeste expressa q̄ pie-
 tatem fidei respiciunt: nō videtur tante auctoritatis sc̄tā
 mater ecclesia: & euacuaretur magna ex parte meritum

obedientie salutaris: Simul ad principalem questionē
satis puto responsum: vbi quidam existimant scripturā
sacram in plerisq; locis esse confusam & imperfectam;
quam tamen si debita mentis puritate legerent inueni-
rent vtiq; perfectam & solidam. Auctoritas ecclesie ca-
tholice magna est: que sola in his que fidem respiciunt
in dubijs habet interpretari scripturas cui omniū subij-
cienda sunt colla potestati; a cuius diffinitione si quis
ausu temerario discesserit: euangelium christi negauit.
Vna est fidelium congregatio mater christianorum sancta
ecclesia; extra cuius vnitatem nemo saluabitur: que &
si in moribus quandoq; videat infirma: tamē fide sem-
per constans nunquam errauit christi pietate salua.

DE REPROBIS



atq; maleficis. *Questio Quinta.*

Vinta serenissime celsitudinis tue q̃stio fuit
ista. Quare homines impij mali & reprobī
circa fidē, vt sunt ille mulieres quas vulgo
maleficas nuncupamus spiritibus queant
impare malignis: cū viri boni & fidei christiane studio-
sissimi obseruatores, necq; bonis spiritib⁹ imperare pos-
sint nec semper malignis.

¶ Ad hanc questionem
ita me pridem memini respondisse. In omnibus diuine
maiestatis operibus series et ordo pulchritudinis est: in
uiolabilis equitatis: quo singula couenienter disposita:
in eo quē acceperūt gradu perseverant. Nā sine ordine
proprio nihil subsistit in mūdo. In hoc ordine libertas
arbitrii quā creator omniū dedit hominibus: nulla im-
pellitur violentia potestatis, quo min⁹ semper maneat
in ordine quē a p̃ncipio creatiōis sue hō prim⁹ accepit.

Vnde nemo bon⁹ inter mortales nisi pprie cōsilio vo-
luntatis adiutus p gratiam miserentis dei. & nemo mal⁹
nisi sua sponte gratia destitutus propter obstaculū pec-
cati. Voluntatis autē rectitudine bonis spiritibus effi-
cimur similes: si pietatē fidei quā habemus in christum
sc̄tis & necessarijs operibus cōprobem⁹. Et sicuti bone
voluntatis cōsummatio bonos homines spiritibus pa-
res facit angelicis: ita pueritas impiorū eos similes red-
dit demonibus Vnde malī homines atq; peruersi quā-
to amplius malicia pprie volūtatis deprauati fuerint: tā-
to fiunt demonib⁹ affectu similiore. Similitudine ve-
ro amicitie familiaritas introducitur: ex qua paulatim cō-
fidentia mutua generatur. Ex cōfidētia minoris in ma-
iorem nascitur imperiū siue sit verū siue astutia simula-
tum. Prauorū itaq; hominū si quod imperiū esse videt^r
in demones ex magnitudine prauitatis oritur: qñ vide-
licet affectus eorū vsq; adeo deprauatur: q; concurren-
tium sibi demonū maliciam voluntate reproba vel sus-
perant vel equant. Non enim sunt demones omēs mā-
licia vel intelligētia pares: sed est aliū alio multū & astu-
tior agilitate intelligendi & deprauata affectione longe
deterior. Nam qui labentes e sedibus altis terre magis
coniuncti cauernas speluncasq; inhabitant, ceteris pro-
fecto sunt obtusiores: vsq; adeo q; & gladios metuant
& virgas minisq; moneri videntur terrantium homi-
num: quēadmodū in his contueri licet quos energume
nos appellamus. Demones autē qui magis remoti com-
morantur a terra: & subtiliores sunt nature. & rarius cō-
ueniūt hominibus. Homines vero malicia pleni quan-
to magis in voluntatis peruersitate profecerint: tanto fi-
unt similiore demonibus: a quibus in familiaritatem
admissi, iam deinceps efficiuntur audaces: accipiuntq;
super demones quorū familiaritate vtuntur imperium

non violente potestatis sed fiste simulationis. Demones enī vt eos homines quos semel in deditiōe acceperunt, volūtarios in eorū prauitate contineāt: simulata se dominatione motos libenter se illis subijciūt: & q̄ sponte faciunt, quasi cōpellātur ad obedientiā fingunt. Nemo quippe verū sup̄ demones imperiū consequit̄: nisi quē fides in dñm nrm̄ Iesum xpm̄ p̄ sc̄itatis meritū fecerit deo acceptabilē & amicū. Sic enī de vere credētibz I dñm Iesum scriptura dicit. Et eis dedit potestātē super oīa demonia. Imperant ergo demonibz homines mali, quos illis maliuolentia similes, similitudo familiares, & familiaritas pprios fecit atq; subiectos. Quem admodum si magno principi (quod fieri sepe cōtingit) seruorū quispiā humili natus loco diuturna familiaritate cōiunctus imperare dicatur, a quo totū quod postulatuerit sine cōtradictione assequitur: vt magis ipe dñm regere q̄ ab eo regi videatur, Iuxta hāc similitudinē homines mali & reprobi quia demonibz in eorū admittuntur familiaritatē: & fiunt p̄tractione cōfidentia multum audaces: accipiuntq; simulatū in illos ne dicā familiare imperium: quod prauissime volūtatis similitudine meruerunt. Vnde quicquid a demonibz sibi ex compacto implicito vel explicito cōcurrentibus exposculauerint accipiunt: nisi quoties ordinatiōe diuina phibiti, prestatere nequeunt quod petiūt. Nec tamen passim reprobis & malis ita cōcurrūt omnibus: sed illis dumtaxat cū quibus interueniente cōpacto aliq̄ federa inierunt: vt sunt malefice mulieres/que homagiū prestiterē diabolo: & inuocatores illi demonū quos vltato vocabulo necromanticos vulgus nūcupat. ¶ Duo sunt genera hominum qui demonibz imperare licite possunt. ¶ Primū quidē illorū est hominū qui merito sc̄itatis deo dilecti potestātē ab ipso conculcandi caput antiqui serpentis

acceperunt: quibus in ecclesia primitiua fuerunt apostoli eorumque
 sequaces atque discipuli: de quibus in sancto euangelio do-
 minus loquitur. In nomine meo demonia eijcient: & quia
 serpentes tollent. ¶ Secundum vero genus eorum est ho-
 minum quibus ratione ordinis in ecclesia dei conceditur: ut
 demones de hominum corporibus accepti potestate mini-
 sterij depellant. Et hoc ministerium exorcistis in ecclesia
 dei committitur, quando videlicet a pontifice ordinatur.
 ¶ Rursus sunt duo genera hominum qui demonibus im-
 pare cupiunt: quod quod illicite presumant iniquissimis con-
 dictionibus ostendunt. ¶ Primum genus perniciosissi-
 mum est maleficarum: que pacta ineunt cum demonibus: &
 professione solenni premissa in ius proprietatis perpetuumque
 obsequium demonum alicui semetipsas tradunt. Quanta
 mala hoc perniciosissimum genus hominum faciat in impe-
 rio tuo: nemo est sapientissime Cesar qui possit exprime-
 re. Nam deum in primis fidemque christi et sacrum baptismum
 negantes, semente & corpore demonibus offerunt: ho-
 mines & iumenta suis maleficijs infirmant ledunt & oc-
 cidunt. Non est morbus quem (permittente deo) non possint
 inducere: quia cum se demonibus in obseruatione
 compactati federis famulatrices exhibent: illorum comparatione
 quicquid voluerint audet. Vnde non sunt vspiam
 tolerande, sed potius in loco omni funditus exterminan-
 de: omnium creatore deo sic precipiente. Maleficos non pa-
tieris viuere. Maleficarum alie carminibus demones ad-
 uocant: alie precationibus et sacrificijs eos alliciunt: reliqua
 nefandis rebus & ceremonijs eos prouocantes in adiu-
 torium impietatis sue trahunt. Mirandum igitur non est quod ma-
 lefice demonibus impare videntur: quibus impietate per-
 uerse voluntatis sancte sunt similes: & mutua conuersatione
 in malum humani generis concordes. ¶ Secundum genus
 prauorum hominum demonibus impare volentium illorum est

quanta mala
 maleficarum
 faciunt ut ap-
 proximi non possint

non est morbus
 quem non possint
 inducere!

quos vulgo necromanticos appellamus: qui artes, p^{ro}fi-
tentur execrationib^{us} plenas: quibus pollicent^{ur} se demones
in circulū posse cōuocare: vel i chrystallū siue vas aliud
inclusos palā visibiles ostēdere. Hi p^{ro}nciosissimi hoīes
pleni mendacio & sup^{er}stitionibus tanta cōmittūt mala,
quāta bon^{us} nemo posset excogitare. Nā vt in obsequium
sibi demones alliciāt sacrificijs turpissimis plerūq^{ue} vtunt^{ur}
& expressum cū eis ineunt pactū. Multos varioq^{ue} libel-
los circūferūt spurcicijs impietate, ac mēdacio plenos
veterūq^{ue} philosophorū & sapientum nominib^{us} fallaciē
inscriptos: quorum exhibitione incautos & curiosos plu-
res decipiunt: & in foueā demonū secū trahūt. Promitt-
tūt magna & penitus incredibilia: quā auditiōe hoīes in
admirationē mendaciū suspendūt. Annulis, pētaculis,
imaginibus/exorcismis, & coniurationibus, dicunt se
demonēs posse coartare malignos, vt in circulo vel in
chrystallo seu alio receptaculo visibiles appareāt, & ad
oīa interrogata distincte respondeant. Hoc omēs quidē
promittūt, sed paucissimi nostris temporib^{us} inueniunt^{ur}
quibus maligni spiritus etiam malis per hunc modum
obediant: deo id iustissima ratione non permittente: ne
curiositas hominū ad nouitates prona/cōtempta religi-
one christi suffragia in necessitate postularet a demoni-
bus. Omnes autē quib^{us} maligni spūs aduocati cōiurati-
onib^{us} necromanticorū obediūt: in eorū cōsortiū p^{er} pa-
ctū explicitū v^{el} implicitū sine dubio trāsierunt. Reliq^{ui}-
rū vero maior est numerus, quibus obedire maligni spūs
despiciūt: quāuis in p^{ro}fanis se necromanticorū artibus
oī tēp^{or} non vereantur occupare. Et quia nostris maxime
temporib^{us} abundare cepit iniquitas & refriguit charis-
tas multorū, isti maledicti ac mēdacissimi hoīes nimiu^s
inualuerūt, et quāuis cōtēnant^{ur} a demonib^{us}, nihilomin^{us}
in suis p^{ro}nciosis dogmatib^{us} p^{er}seuerātes mōs decipiūt,

peruicacia

Crede mihi Cesar quoniā hoc mēdacissimū genus hominū sacro imperio tuo valde est perniciosum; & ideo non minus q̄ maleficarū scaturigo penitus exterminā dum. Pollicetur magna; & mentiunt omīa. Enimvero cuncta que in libris eorū pmittuntur, vana sunt & mentita; & nihil prestant credentibus aliud. q̄ dolos / fraudes; & subtilissimas deceptiones. Q̄ si qn videntur exhibere pmīssa nō aliter q̄ demonū id fieri cooperatiōe manifestū sit omībus; a quorū cōsortio nō minus est fugiendū q̄ a seuissimis infēni cruciatib⁹. Occurrūt enī plerūq; his necromanticis operationib⁹ demones. & vt inuocatores suos in cepta perfidia pertinaces cōtineāt eis si possunt rogata prestant. Aliquando vero cōiurationibus inuocati cōparere despiciunt; et nihilominus inuocantium sementes abduxerūt. ¶ Est & aliud genus hominū nō minus fatuū q̄ superficialis, illorū videlicet qui nullū volunt cum demonibus habere cōmertiū; & nihilominus rebus vtuntur in operationib⁹ vanis demonibus appropriatis; & ob id penitus illicitis. Pōtunt enī caracteribus magnā & occultā inesse virtutem; & ideo varios contra fidē christi cōmittūt errores Verū quia non est huius temporis eorū recensere vesaniā; propositū nostrū prosequamur. Quare autē boni & iusti homines super demones nō consequantur imperiū breuiter est dicendū Quemadmodū similitudo voluntatū homines malos & impios pares facit esse demonibus; ita bonos & iustos dissimilitudo voluntatum eis reddit omnino cōtrarios. Inter contrarios vero atq; dissimiles nulla potest esse familiaritas; s; repugnātia potius cōtinua versatur & odium. Vbi aut nulla reperitur similitudine voluntatum contracta familiaritas; neq; cōfidentia potest esse vnius ad aliū; neq; mutuus in operatione mirabiliū concursus Nec tu Cesar gloria

ose homo cum sis hominū moderator magnus & prin-
ceps quēpiam tibi familiārē admittis moribus tibi om-
nino contrariū atq; dissimilē: & tue voluntati iugiter re-
luctantē. Viri autē boni & recti quia prauissime volun-
tati demonū semper obnituntur; nequaquē in eorū pos-
sunt transire cōfortiū: quibus nec volunt nec cōsentiūt
esse familiāres / sed eorū totis virib⁹ refugiūt & detestā-
tur occursum & ideo fictū illud de quo dictū est in eos
non assequūtur imperiū. Nusq; enim tanta familiaritas
quā voluntatū similitudo nulla p̄cessit: nec potest inter
contrarios esse cōcordia: nec inter dispares volūtate cō-
stat amicitia Nec tamē oībus malis & reprobis passim
demonēs obediunt, sed illis dūtaxat quibus cōfederan-
tur pactis & obsequijs, & quos aliter nequeunt habere
fideles inuocati libenter occurrunt; licet se cōpelli mē-
tiantur. Mirandū itaq; non est optime Cesar q̄ maligni
spūs prauis atq; peruersis nōnunq; videntur obtēpo-
rare hominibus; quos sicut diximus & maleuolētia si-
miles & perniciēs in gen⁹ humanū fecit esse concordēs
Sed procul sit ab omī christiano praua similitudine vo-
luntatis velle imperare demonib⁹: quoniā si quis in hac
vita malignorū spirituū habere cōfortiū cepit: in futu-
ro cū eis sine fine ardebit. Sed quare boni & iusti homi-
nēs impare sanctis dei angelis nequeunt in quorū simi-
litudinem bone voluntatis transierunt: Puto expredi-
ctis facile questionis huius daretur solutio: si differen-
tia intellectuū ad memoriam reuocetur. Quamuis enī
plures in ecclīa dei sint homines cōstituti, quorū iusti-
cia multis p̄ficit ad salutem: paucissimi tamē vsq; adeo
nostris temporibus proficiunt: vt p̄pter sanctitatis me-
ritum vel metuendi sint demonibus, vel in cōfortiū fa-
miliaritatis recipiantur ab angelis. Hinc fit q̄ hominēs
nostre tempestatis necq; malignis spiritibus merito san-

ctitatis imperat; neq; sc̃tis angelis familiares esse meretur. si qui vero in illū sanctitatis gradum p̃fecerint quo miracula facientes in eccl̃ia quēadmodū sc̃ti quōdā p̃fecerunt; iam potenter & impare demonib⁹ possunt; et familiare beatorū spiritū habere cōsortiū. Certū est enī q̃ sc̃ti & deo dilecti hoīes in primitiua xp̃ianorū eccl̃ia maiora quondā bonorū cooperatione spiritū b̃nficia prestiterē mortalibus; q̃ prauorū hominū impietas maleficia demonū ministerio vnq̃ inferre potuisset. Multa enim potest miranda precatibus; quisquis dei cultor verus similis euaserit angelis sc̃tis.

DE POTESTATE

Maleficarum. Questio Sexta.

Sexta inuictissime maiestatis tue questio fuit. Vnde potestas hec tāta maleficis. qua patras re tam multa variā & mirāda possunt etiam in vna hora; q̃lia vel quāta nullus bonorū facere posset in oī vita sua. ¶ Ad hanc questionē si breuiter voluerimus r̃ndere; necessario dicemus q̃ oīs potestas a dño deo est: sine quo nihil potest omnis creatura. Dicit enī in sc̃tō euāgelio christus. Sine me nihil potestis facere Vnde manifestū est q̃ oīs potestas faciendū aliquid hominib⁹ a dño deo & nō aliunde cōceditur siue bonū hoīes siue malū operentur. Hinc sanctissim⁹ presul Augustin⁹ dicit. Volūtas dei est prima & summa causa omniū corporaliū specierū ac motionū; nihilq; p̃fisi ista totū creature amplissima & immēsa republica visibilis; q̃d nō de iteriori inuisibili atq; itelligibili aula summi impatoris aut iubeat / aut p̃mittatur / secūdū ineffabile iusticiā premiorū atq; penarū Vnde non est dubitandū Cesar q̃ potestas illa maleficarū / in q̃ mirandos (cooperatione demonū) horrendosq; p̃ducunt effect⁹ a dño deo

cōcedatur/cui? voluntati nemo potest resistere: & sine
cui? influxu nec manū hō potest mouere Cōcludūt enī
scī doctores qd neq; demones neq; malefice quicquā
facere possūt siue hoīez ledere siue iumētū / nisi op̄s de⁹
velit: cōsentiat potestareq; cōcedat: vt faciāt qd iā puer-
sa volūtate decreuerūt. Nisi deus cōsentiat & velit: nihil
potest oīs creatura: alioquin si fieri aliqd eo nō volente
& cōsentiēte posset: seq̄rēt necessario deū esse infirmū:
qui phibere nō posset quod fieri inuict⁹ pmittere coge-
retur. Sed qm̄ oīs hō in q̄ntū creatura ē a deo dependet:
nihil potest agere sine illi⁹ voluntate a q̄ & velle habet et
posse. Quicqd igit malefice faciūt deo sit pmittēte. sine
cui⁹ volūtate nihil possunt: q̄a vt possint qd volunt nisi
de⁹ cōcesserit: neq; a se neq; a demonib⁹ cōseq̄rent. Oīs
itaq; potestas a dño deo ē in q̄ & sunt oīa & mouēt sicut
in prima rerū oīm causa: qm̄ a q̄ libertatē arbitrii accepi-
mus: ab ip̄o etiā posse qd volum⁹ habem⁹. Sed cū male-
ficarū sit multū cōfusus intellectus non arte hūana ppe-
trāt mala q̄ faciūt: sed cooperatiōe demonū: q̄s & natura
subtiles ita & experientia lōga fecit ad pducendū mirā-
da veloces. Nō enī causant mirandi effectus maleficarū
ab huiusmōi medijs qb⁹ vtunt ad maleficiādū: vt sunt ca-
pita mortuorū. bufones/serpētes/characteres/imagies
& his similia. s; ab instituyente hec signa diabolo: q̄ cū sit
supbissim⁹: deo cupit in oīb⁹ videri cōpand⁹. Eni uero
quēadmodū op̄s de⁹ qdā in ecclesia sua sacramēta insti-
tuit q̄ digne ministrātib⁹ ip̄o assistēte salutarē designant
& pducūt effectū ip̄o q̄ instituit op̄ate salutē: ita & dia-
bol⁹ q̄ nihil plus appetit q̄ estimari dō egl̄is. qdā signa
tanq̄ scr̄pta instituit: qbus inuocat⁹ ab his qbus cōse-
deratus pactis op̄ator malign⁹ assistit: & q̄ties de⁹ pmi-
serit qd rogat malū efficit: si non pmiserit ille nihil oīno
facit. Oīm sigdē effectū necromāticorū & maleficarū.

operator diabolus est: qui per applicationē mediōrum
que prius ipse instituit in materiā subiectā opus pdu-
cit optatū; aliquādo realiter/aliquando solū apparēter.
Mulieres autē malefice que iā volūtate deprauata & cō-
sensu in cōsortium demonū per pacta transferūt; notas
quasdā & signa symbolica ab ipsis recipiūt; quibus ad-
uocati mox demones occurrunt. Nihil in his pñicio sis
operationib⁹ demonū fortius stulta credulitate malefica-
rum que pactis augetur & votis; quoniam quanto vel
demonibus vel eorū signis firmiorē adhibuerint fidem
tanto velociorem assequuntur ipsis cooperantibus ope-
rationē Volūtatis enim maleficarum nimis truculen-
ta deprauatio eas quodāmodo cōuertit in furorē; quo
mentem pōccupante mox demones se furentibus ap-
plicant; & effectū petitiōis pactis inuitati & signis, deo
permttente insanientibus prestant. Simile namq; Pla-
to recitauit in libro de furore pœtico dicēs. Quēadmo-
dum bachantes femine mentē nō sana, mel & lac ex flu-
minibus hauriunt; mentē autem sana haurire nequeūt.
Id autem efficit eorū animus in consortiū demonis ma-
li extra se raptus. Exploratū habemus maleficas in flu-
minibus concitatis hausisse butyrū temporibus; quod
aliter fieri q̃p demonis ministerio nullatenus potest. Si-
milī modo in odiū traducte alicuius vel hominis vel
iumenti suspirantes interitū grauissimo agitantur furo-
re; nihil aliud q̃p vindictam in animo cogitātes. Res ca-
piunt ad maleficium sibi notas & familiares; inuocant
demones, ostendunt signa ab illis instituta simul & cha-
racteres; & quod propria virtute perficere nequeunt;
illorum ministerio consequuntur. Alius vero qui non
est demonibus pacto & dedicione subiectus; etiam si
res conuenientes ad maleficium nouerit, simul & mo-
dum operādī, quamuis exhibeat signa raro tamen effe-

etum consequitur, ppter ea q̄ inter familiares demonū
 nō habetur. Vsq̄ adeo quippe diabolus elatus supbia
 ecclesiam christi emulatur. vt quēadmodū non ordinā-
 tus christi corpus non potest cōficere quantūlibet ver-
 ba consecratiōis proferat; sic etiam demon quantūuis
 iuuocātū & signa siue characteres ostendēti quem pacto
 sibi non nouit subiectum aut nunq̄; aut raro cōcurrat.
 Nam si omnib⁹ se iuuocātibus sine pactis passim inter
 positis occurreret; nō tot maleficas sibi pprietatis iure
 dicatas possideret. Hinc est q̄ multi profanis artib⁹ de-
 diti demones ad circulū ad speculū siue ad quelibet alia
 receptacula horrendis cōiurationibus cōuocare labo-
 rantes nullū consequuntur effectū; quoniā aut dei ob-
 stat imperiū; aut diabolus cōtemnit curiosum hominē
 sibi homagio non dicatum. Tria etinim requirūtur ad
 maleficiū; sine quibus nullū constat esse perpetratum.
 Animo furens ac deprauata volūrate malefica; coope-
 ratio quoq̄ familiaris diaboli. & ante omnia pmissio
 diuina. Qz si vnū istorum nō concurrerit; maleficiū
 perpetrari non poterit. Nam si deus non pmitteret; nec
 diabolus qcquā nec malefica posset. Et si diabolus pra-
 ue mulieris voluntati non occurreret; nullū illa malefi-
 cium perpetraret. Rursum si malefica defuerit; diabol⁹
 maleficiū nullatenus cōsummabit. Vtitur enim vo-
 luntate furentis malefice diabolus tanq̄ artifex instru-
 mento ad operandū; sine quo non posset inferre malefi-
 cium. Et sicuti demones in potestate acumineq̄ subtili-
 tatis ab inuicē differunt; ita maleficarū potestas non est
 in omnibus vna; sed in singulis pro vt demonib⁹ con-
 currunt natura subtilioribus vel grossioribus diuersa.
 Multa enim sunt genera demonū; & certis inter se gra-
 dibus distant; ratione locorum in que cadentes a prin-
 cipio sunt detrusi. Primū quidē genus demonū appe-

3

Multa qua
demonū

Primū

G 1261.

latur igneū: quod circa superiorē puagatur ærem / nec
 vnquā ante iudicij diē ad inferiora demergit: sed cōtinuē
 sub regionibus pmanentes lunaribus: nullū habent cū
 hominib⁹ in terra cōmertū. Q. 2o sub luna pmaneant
 sc̄tūs testatur Augustinus in ope de agone christiano
 sic dicens. Demones nō habitāt in celo vbi sol & stelle
 sunt: sed om̄es sub regione lunari versantur. Hinc mor⁹
 vtreor apuleus demonia dixit aīalia esse ignita p̄pterea
 quod Aristoteles confirmauit in fornacibus ardenti-
 bus quedam animalia parua sepius visa volitasse pen-
 nulīs apta: quæ totum eum suum diuersantur in igne:
 quoniam cum igne oriuntur & cum eo extinguuntur:
 & ad suum vnde venerant locum euanescentes redeunt.
 Nulla sunt eis cum maleficijs consortia: quoniam cum
 demorentur in igne propter subtilitatē suam non pos-
 sunt corpus induere grossum siue æreum. ¶ Secun-
 dum genus æreum dicitur quod in ære oberrans nobis
 propinquo commoratur. Hi quidem possunt ad infe-
 riora descendere: & assumptis, de crassiore ære corpo-
 ribus quandoq; visibiles hominibus apparere. Aera
 permittente deo sepius turbant: tonitrua & tempestas-
 tes cōcitant: & omnes simul in p̄niciē humani generis
 cōspirāt. More hominū affectiōib⁹ mouent passionē:
 superbia maxime & inuidia: tāguntq; p̄turbationibus
 cōtinuis: & nec solido vestiunt corpore: nec vno cōsi-
 stunt loco. Nec vnā om̄es formā habent sed plurimas
 easq; sepius mutāt, secūdū varietatē affectionū qbus vlt̄
 occurrūt maleficarū carminib⁹ euocati: vel impulsī p̄
 turbatione ad nocendū. Habent enī omnino violentiā
 & furiosum morē turbationib⁹ plenū: vnde vehemēter
 malefacti & p̄turbati repentinas plurimū machinantur
 insidias: & dum suas agūt incursiones partim latere vo-
 lunt, partim inferunt violentiā. Malefice horū demoniū

cooperatione suffulſe tanto ſunt ad maleficādum potē-
tiores; quanto ſuperiorē ex eorum ordine concurren-
tem fuerint aſſecute. In vita ſcti Anthoni diuus Atha-
naſius arē plenū dixit eſſe demonibus; quod & mer-
curius antea dixerat ter maximus; nullā videlicet mūdi
partem demonū preſentia deſtitutam. Sanctus quoq;
preſul Ambroſius dicit Plenus eſt mūdus ſanctarum
virtutum; quia plenus eſt nequiciarū Vnde platonici
demonēs in arē volātes in modū denſiſſime niuis igni
te cupiētib⁹ tradidere viſibiles; ſi aliquādiu verſus celū
ſole ſplendente irreuerberatis oculis cōtinuauerint ob-
tutus. Sed neſcio an in arē cauſetur obiectū ex cōſisten-
tia reali, vel certe oculorū motus intercluſus repreſen-
ter imagines falſas; non ſine detrimēto ſenſus tamen le-
ui; pmiſſorum cepi experimentū: ¶ Tercium vero ge-
nus demonū terreſtriū dicimus; quos prolapſos e celo
in terrā pro ſuis demeritis minime dubitamus. De his
ſanctiſſimus preſul & martyr chriſti theophorus quō-
dam Ignacius in epiſtola quadā ita ſcripſit ad ephēſios
nihil melius eſt q̄ pacem habere; in qua omne telū euas-
cuaſur arē eorum ſimul & terreſtrium ſpirituum. Ex his
autē demōibus alij verſantur in ſiluis atq; nemorib⁹
qui venatoribus ponūt inſidias; alij vero patulis degūt
in campis, qui nocte oberrare faciunt itinerantes; non
nulli commorantur in locis abdītis atq; cauernis; reli-
qui ceteris minus furioſi & perturbati demorari cū ho-
minibus in obſcuro delectantur. Non vno ducuntur
affectu ſed vario; quoniam alij ſunt alijs minus depras-
uati; quanq̄ omnes ſint malis turbationibus pleni. Ex
his quidam ſolis gaudent illuſionibus territare homi-
nes; alij predictiōibus futurorum in admirationem ſui
trahere cupiūt audiētes. Nonnulli vero ad hoc ſummo co-
natu laborāt, vt hoies irrationabili furore turbatos aut

G ij 27

melancollia furentes terreant ledant vel occidant: quod
experientia sepius factū agnouimus. Hinc sanctus Io-
annes chrysoſtom⁹ in tertio libro de puidētia ad ſtagy-
rium monachū dicit. Omni actione diabolica potētior
eſt ad nocendū meroris magnitudo: quia demō quoſ-
cunq; ſuperat per merorē ſuperat. Eum ſi auferas: nihil
a demone quiſquā ledi poterit. Hoc autē demonū genus
raro eſt maleficis familiare: pper incōſtantiā affectio
nū. & leuitatem qua territare multos gaudent potius q;
vnīus muliercule ſubelle imperio. Cōmorantur tamē
interdum vt pollicent̄ veſanis in vitro vel in chryſtallo
ſiue in ſpeculo & carminib⁹ cōcitati reſponſa dant mu-
lieribus. & ſi quis venturus eis male dixiſſet in-via pre-
nunciant. Et hoc maleficarū genus multū aliquoties
differt a reliquis: quoniā quod ille maleficio reddūt in-
firmū: iſte curare pollicentur: Verum q̄a maleficium vt
plurimum repellunt maleficio: earum accēſſus interdi-
citur ab eccleſia omni chriſtiano. ¶ Quartū genus de-
monū nūcupatur aquaticū: quoniā ſe humoribus im-
mergens circa lacus & fluuios habitat. ira plenū: turba-
tum inquietum. et fraudulentū. quod in mari tempeſta-
tes concitat; nauigiāq; demergens in profundū: multis
vitam aufert in aquis: Et iſti demones quoties aſſumūt
corpus viſibile in ſexu frequētius apparent femineo: et
in maſculino rarius vidētur; ppterea q̄ in locis verſant̄
humidis & molliorem vite ductū ſeqūtur. nec vile ſche-
ma facile ceterorū conſuetudine poſſunt aſſumere. Vñ
naiadas nereidasq; aquarum nimphas non maſculino
ſexu ſed feminino dudū nominauit antiquitas. An nris
aūta aquaticę mulieres ideſt waſſer frauen cōmuni voca-
bulo dicuntur. Qui vero habitant in locis ſictiorib⁹ &
ſubaridis: quoties hominibus corporaliter apparēt vi-
ſibiles in viros ſe transformāt. Diuerſarū quoq; ſpecies

Siema

assumunt bestiarū; pro vt varijs tanguntur affectionib⁹
Sancti aut angeli quoniam affectione nunq̃ variantur
vniiformiter semper apparent in forma virili. Nusq̃ enī
legimus scriptū q̃ bonus spiritus in forma sit visus mu
liebri aut bestie cuiuscunq̃, sed semp in specie virili. At
vero sepius visi sunt demōes circa flumina & fontes in
specie mulierū; aliquando corisantes/ aliquando capila
los more feminarū explicātes; nonūq̃ vero cum homi
nibus loquentes et varias ludificationes exercentes. Et
hoc genus demonū nō cōsuevit cū maleficis habere cō
mertiū; Quintum genus subterraneū dicitur: quod in
speluncis & cavernis/ montiūq̃ remotis cōcauitatibus
demorat. Et isti demones affectione sunt pessimi: eosq̃
inuadunt maxime qui puteos & metalla fodunt. & qui
thesauros in terra latentes querunt: in perniciē humani
generis paratissimi. Hiatus efficiunt terre/ ventosq̃ fla
miuomos inscitant; & fundamenta edificiorū cōcutiūt
Noctibus aliqñ de montibus turmatim egressi miran
das stupendasq̃ in cāpis ducunt choreas: & quasi vni⁹
ducis metuētes imperium, subito euanescent ad signū;
& ad sua diuerticula reuertuntur. Interdū nolarū inter
eos auditur sonit⁹; & se nōnunq̃ spiritus esse hominū
vita defunctorū mentiūtur Nihil magis querūt q̃ me
rum hominū & admirationē. Vnde habemus cōpertū
q̃ simpliciore hominū quosdam nōnunq̃ in sua lati
bula montium duxerunt stupenda mirātibus ostendē
tes spectacula; & quasi beatorū ibi sint mansiones amē
eos se viuorum menciuntur. Ex his quoq̃ demonibus
quidā incubones sunt thesaurorū, quos auariciā mōr
taliū abscondit in terrā; & nerursus in vsus perueniant
hominū; eos subducūt furant & custodiūt; & quādoq̃
de loco in locū transponunt. Et hoc genus demonum
cum maleficis mulieribus nullū consuevit habere cō

5.

Incubones

meritum. ¶ Sextū vero demonū genus appellatur lucifugū, ppter ea q̄ lucē maxime horrent & detestantur: quia nec diebus vnq̄ apparent: nec alio mō corpus q̄ de nocte possunt assumere. Hoc est negociū quod in tenebris perambulat: gen⁹ demonū inperscrutabile ac penitus tenebrosum: passionibusq̄ frigidis agitatū, maliciosū: inq̄etū & pturbatū, quod occurrētes homines nocturnis violenter cōprimit horis, sepiusq̄ (deo p̄mittente) aut flatu quosdā interficit/aut cōtactu Maleficis non cōuenit hoc genus demonū: neq̄ carminibus artari potest: quia & lucē fugit & voces hominū simulq̄ omnē tumultum. Aereum maxime ad maleficia seminarū cōsueuit occurrere: qm̄ ceteris est omnibus magis subtile: & audacissime temeritatis Terrestriū q̄q̄ nonnulli maleficis vt est dictū subseruiunt: qui tamen inferiori gradu habitū maiora illa maleficia inducere minime possunt. Constat igitur manifeste q̄ tota potestas maleficarū in qua tā miranda faciunt demonibus a dño deo limitata concedit̄, & qm̄ ille nō p̄mittit nihil opant̄,

DE PERMISSIOE

Diuina. Questio septima.



Septima questio serenissime maiestatis tue: ista fuit, Quare op̄s de⁹ cū sit iust⁹ & vindex malorū, tāta maleficia in p̄nicē humani generis fieri p̄mittit: q̄b⁹ nō solū p̄ctōres: sed etiā innocētes multi p̄eunt grauiter cruciati. ¶ Ad hāc q̄stionē talit̄ me dudū corā maiestate tua cōstitutū memini r̄ndisse. Op̄s de⁹ iust⁹ & rect⁹/pius & misericors, q̄cqd p̄mittit iuste p̄mittit, qm̄ iust⁹ ē & nō ē apud illū iniquitas sed oīa in vero iudicio q̄ fiunt aut facit aut p̄mittit. Cum ergo q̄ritur quare de⁹ mala fieri p̄mittat, respondemus,

Ideo p̄mittit; quia iustus est Non videat̄ malestat̄i tue O
 Cesar quā dedimus absurda r̄sio; qm̄ diuine bonitati
 nō preiudicat vllaten⁹ q̄ mala fieri iustissima ratiōe per
 mittit, potius aut̄ p̄iudicaret si mala in p̄nti mundo fieri
 nō permetteret. Eni uero si nō p̄mitteret fieri mala; iā hō
 peccare nō posset, esset certe impeccabil⁹ qd̄ eius nature
 non cōuenit; cui ab initio liberū arbitriū conditor oīa
 dedit, Hō etenī creatura cū sit & nō creator; ē necessario
 tā ad bonū cōuertibilis quā ad malū; cuius esse depēdet
 a sumo creaturaz opifice oīm; quēadmodū a causa sui
 esse oīe causatū. Creare nō soli deo relictū ē q̄ ē in cor
 ruptibilis & sempitern⁹; corruptibile aut̄ oē necessario
 deficit; cōseruat̄ aut̄ bonitate creatoris quādiu cause in
 fluentiam non amittit, Vnde fieri nec potuit nec decuit
 q̄ homo ex conditione sue nature crearetur impeccabi
 lis; quo solus gaudet naturaliter opifex omnium deus;
 qui est incommutabilis & sempiternus Quoties vero
 cōfertur hominī vt peccare nō posse videat̄; nec liber
 tas arbitrij tollitur; nec possibilitas simpliciter auferē;
 sed volūtas in bono cōfirmat̄. Et q̄tienscūq; hoc donū
 cōfertur creature, mun⁹ ē gr̄e nō nature. Dicit enī scri
 ptura, De⁹ ab initio creauit hoīem & reliquit eū in manu
 cōsiliij sui. Nā pprie loq̄ndo esse nō potest vt hō mortāl
 in originali displicētia cōcept⁹ & liberū habeat arbitriū
 et nō possit cōmittere p̄ctūm Dicit enī sanctissim⁹ p̄sul
 Augu, Prima libertas volūtatis erat posse peccare; no
 uissima erit in gloria multo magis non posse peccare,
 Itaq; si homo peccare non posset; proprie volūtatis sue
 dominum nō haberet, Vnde quamuis omnipotēs de⁹
 peccatum non velit; peccare tamē homines & malum
 facere iuste permittit; quatenus libertate arbitrij perma
 nente & virtus boni operis meritum; & prauitas volū
 taria recipiat quod fecerit malum. Nemo enim aut̄

bene facit aut peccat inuitus. Iuste igitur omnipotēs deus
 peccare & malū facere homines permittit; quib⁹ a prin-
 cipio libertatē arbitrij concessit. Sunt autē multe ratioēs
 a sanctis doctoribus dudū assignate quare om̃ps male-
 ficia tāta fieri per demonū cooperationē permittat; q̃rū
 ordine necessario breuiter faciem⁹ mentionē. ¶ Prima
 est vt diuine manifestetur excellentia potestatis qui sol⁹
 est in cōmutabilis; & supra om̃ē lōge positionē. Om̃s
 autē creatura mutabilis. ad in cōmutabilem creatorē
 nullā habet cōparationē. Vñ in numeris legī Non est
 deus quasi homo vt mentiat; nec vt filius hominis vt
 mutetur. In esaia quoq; dicitur Deus fidelis absq; iniqui-
 tate iustus & rectus. In libro etiā thobie scribitur. Iustus
 es domine; & oīa iudicia tua vera sunt; & om̃es vię tue
 misericordia veritas & iudiciū. Et in libro sancti lob le-
 gimus. Absit a deo impietas; & ab omnipotente iniqui-
 tas. Opus enim hominis reddet ei; & iuxta vias singu-
 lorum restituet eis. Omnis igitur homo qui suam igno-
 rantiam & infirmitatem recte intelligit q̃ sit nihil com-
 paratus ad creatorem suū patenter agnoscit. Iustenāq;
 deus permittit peccare hominē; quo & libertas conti-
 nuetur arbitrij; & excellentia hominib⁹ innotescat ma-
 gni dei. ¶ Secūda ratio est vt inper scrutabilis dei sapiē-
 tia innotescat mortalib⁹; q̃ nouit ex nostris malis elice-
 re bonū; cum vnus peccatum alterius facit esse meritiū
 ad ṽtutis incrementū. Nā si malū fieri nō permitteret; q̃s
 nostrum intelligeret bonū? Facit enim deus bonū & or-
 dinat; mala vero non facit. sed ab impijs facta ne in or-
dinatē veniant ipse disponit. Necq; malicia hominū dei
 voluntatem impedit; neq; potest homo quicquā quod
 deus non p̃mittit. ¶ Tertiā vero causa est q̃ om̃ps fieri
 maleficia p̃mittit vt manifestet suā clemētissimā bonita-
 tem in eos qui peccauerunt & egerūt penitentiā; quam

nullatenus posset ostendere: si creaturā non permitteret peccare. Nam si nullus esset peccator: nec deus posset esse miserator. Sed qm̄ in multis offendimus om̄es, vbiq; deus inuenit quod remittat: vbiq; reus occurrit: in quo suam misericordiā pius conditor ostendat. Vñ sc̄s presul Augusti. Si leuis morbus esset cōtemneretur medicus non quereretur: si medicus non quereretur morbus non finiret: ideo vbi abundauit p̄c̄m̄ abundauit & gratia: que sola discernit redēptos a perditis: quos in vnū coaceruat massa p̄ditiōis: ab origine ducta creationis. Est ergo misericordiā dñi super om̄ia opera eius. ¶ Quarta vero ratio diuine p̄missionis ē: vt iusticia creatoris in eos declaretur qui peccauerunt & nō egerūt penitentiā: quoniā si om̄es beneficerēt & nemo peccaret, nihil haberet dei iusticia quod puniret. Vt ergo iusticia locum habeat: diuina p̄missiōe creatura peccat. Iust⁹ enī est dñs: qui reddet vnicuiq; secūdū opera volūtatis sue. ¶ Quinta ratio est dignitas cōditiōis humane: q̄a si deus nō permitteret peccare hoīem, brutis viderētur deterior: que nulla impellente violentia nature motib⁹ libere vtuntur. Nam & si ratione bruta careant liberum tamen nature motū habent quē sequunt: in quorū comparatione homo videretur inferioris cōditiōis, si liberum non haberet arbitriū voluntatis. Permissit autē homini deus voluntatē liberā: cui nec reges inperant nec principes. ¶ Sexta ratio est laus meriti cōstātie humane virtutis: qm̄ iustum virū propterea laudam⁹ / quia cū potuisset transgredi non est transgressus: sed gr̄a dei adiuuante in bone voluntatis cōstantia permāsit. ¶ Septima ratio quare om̄ps deus permittat demones tanta maleficia intercursum maleficarū facere: est vt illi q̄ contempta veritate delectantur mendacio: per inuentorem mendacij diaboli seducti penitus decipiantur. Dignū

H / 30

est enim ut incantatores atq; malefice qui salutaria christi documenta seque despiciunt; a demonibus decepti omnes ad inferos demergant in eternum puniendi. Suffragium a demonibus totius humani generis hostibus expetunt; & saluatorem mundi quem solum adorare debuerant contemnant. Iustum est enim ut is qui veritatem spontanea voluntate deserens adheret mendacio; in ineteritum a diabolo precipitetur. Octava causa est manifestatio diuine potestatis cuius potentia & virtus est super omnem creaturam. Enimvero cum deus omnipotens aliquando magna permittit diabolo & parua quedam denegat; quod sit infirmus humani generis hostis, & diuine maiestati subiectus in omnibus manifestat. Nihil enim a se ipso potest diabolus; sed omnia que facit, deo permittente facit. Causa igitur omnium prima propter quam omnipotens deus fieri maleficia permittit iusticia est; quia libertatem quam creature semel a principio contulit; ordine inuiolabili custodit. Verum quia potestas creature omnis a suo creatore dependentis restricta est & limitata; nec diabolus omne quod vult posse manifestum est; nec hominem voluntate quantumlibet deprauatum. Voluntas quidem est libera; sed potestas certis & necessariis gradibus limitata. Quoniam quidem si demones possent omne quod volunt; nihil tutum in humanis permaneret; sed labe factaret omnia. Ligatus vero potestatem demonum historia sancti Iob manifesto demonstrat exemplo; quem non amplius temptare sathan audebat; quod ei fuerat dispensatione diuina permissum. Nemo enim in presenti mundo quantumlibet iustus aut fortis demonum furori posset resistere; si per eorum arbitrio libera semper nocendi posset uti potestate. An vero dominica passionem maiorem quam postea libertate utebantur potestatis; sed christo mortem pro nobis in ara crucis gustante, valde iam deinceps eorum est imminuta potestas. saluatorem in euangelio dicente, Nunc princeps mundi

16
eicietur foras Etenim christi humilitas & perseuerantia scito-
rum audacia demonum valde restrinxerunt: ita quod incen-
tores malorum recte nuncupari possunt: impulsiores ve-
ro minime. Nec inualesceret contra nos diabolus: nisi
vires ex nostris peccatis acciperet. Hinc nos scriptura
admonet dicens, Resistite diabolo & fugiet a vobis. Et
iterum, Nolite locum dare diabolo. Concludendo igitur
sermonem ad intelligentiam, propositae questionis, quare deus
fieri tot maleficia permittat, rationes credo sufficienter ma-
nifestas: Nam & si voluntas demonum semper sit iniqua: po-
testas tamen non quod potest esse iniusta: quoniam quod male vult
ex proprio habet arbitrio: quod autem male facere potest
solum habet a deo. Et hec quantum ad eos pertinet qui ma-
la faciunt dicta sunt. Sed quare omnipotens deus permittit de-
mones ledere homines medio maleficarum qui in nomi-
ne sancte trinitatis baptisati sunt, & fideliter credunt in vni-
genitum filium eius dominum nostrum Iesum Christum? Nam si malos
peruersos & infideles in corpore & in rebus tantum lede-
re possent, coercerentur vero ab accessu & lesione bo-
norum atque fidelium: permissionis iustum recte videretur esse iu-
dicium. Nunc autem frequenter boni & innocentes demonum
maleficiis infirmantur: & quandoque etiam vita priuatur,
ut silentio iactura rerum temporalium quam sepe maleficiati
patiuntur transeamus, multis venit in scrupulum cur ista
permittat omnipotens qui nihil permittit iniuste. ¶ Huius pro-
positae questionis non alias quam a patribus atque catholicis ac-
cepti doctoribus quantum potero breuiter necessarias per
ordinem assignabo rationes. Et prima quidem ratio est pro-
batio fidei christianorum & experientia integritatis: ut ma-
leficiis demonum flagellati discant in passionibus carnis:
quam fidem & dilectionem ad deum habeant in abscondito me-
tis. In prosperis esse longanimum non est difficile: sed in
aduersis cum humili patientia a saluatore fidelium prestolari

H ij 171

auxillium; non molliū est sed fortiū & verē fideliū christi-
anorū. Didicit in sua tribulatione sc̃tissimus Iob. quā-
tam in deū fidei haberet cōstantiā; q̃ antea in tranquillī-
tate custodierat sine temptationis iaculo pietatē. Hinc
simul notandū q̃ illi quos demonū vel hominū malefi-
cia quomodo cūq; fecerūt infirmos. qui pro sanitate re-
cuperanda maleficos & incantores quoscunq; vel acce-
dunt vs̃ cōsulant siue p se siue per alios; cōtra dei & eccle-
siae precepta faciūt; et neq; fidē in deū habēt verā neq;
dilectionē. Sanitatem quippe morture carnis deo pre-
ferunt; & salutē nō a christo sed a diabolo & eius minis-
tro querūt. Malunt enī in noīe diaboli sani sed infelicit̃
vivere; q̃ hic p christi amore modicū pati & pōstea cū
eo in perpetuū gaudere. Qui vero maleficos non acce-
dit p̃pterea qm̃ deus prohibuit, malens vivere cū obser-
uantia mandatorū dei in egestate & egritudine q̃ cōtra
deū in diuitijs & corporis sanitate; ille deū veraciter dili-
git; & integritatē christiāe fidei recte custodit. Nō sunt
inter christianos tollerandi o sacratissime Cesar homi-
nes mente corrupti et reprobi circa fidē qui per malefi-
cia curāt maleficiatos; q̃ furta ministerio demonū reue-
lant & adulteria; qui lapidū aut speculorū inspectiōne
prenuntiant futura. Non exaudias illos precor. qui di-
uinarū legum ignari huiusmodi ministros demonū im-
perio tuo existimāt vtilēs propterea q̃ maleficio noue-
runt maleficia dissoluere; qm̃ ista p̃niciosa curatio cor-
porū. mortem inducit aiarum. & facit hoīes adeo crea-
tore oīm recedere; & impijs apostatis demonib⁹ adhe-
rere; cum quibus post mortē dāmnabūtur in eternū.
¶ Secunda ratio quare omps deus maleficio ledi pmit-
tat innocētes; est augmentū meritorū; vt videlicet pro-
bata eorū in tribulatiōe patiētia; coronā glorie in celo
digniorē mereatur. Nam vt sacer inquit Augu. Homo.

ſibi ignotus eſt quid ſerre poſſit quid non poſſit aliquā
do meruit ſe nō poſſe qđ tamē poteſt; cū accedit tempta
tio quaſi interrogator quidā, homo inuenitur a ſe ipſo;
qui prius latens nesciebat ſeipſum. Diuus archiepoſto
lus Petrus anteq̃ ſupueniſſet ei temptatio & ſe latebat
& alios q̃ eſſet incōſideratus & infirmus; acceſſit illa &
apparuit infirmitas que latebat. Maxima igit̃ hoīſ p
batio tēptatio eſt; ſacra teſtāte ſcriptura. Vaſa figulī p
bat fornax; & homines iuſtos temptatio tribulationis.
Facilis eſt in pſperitate patientia; qñ mentē nulla pulſat
aduerſa. Multe aut̃ tribulationes iuſtorū; ſed de omnib⁹
liberabit eos dñs noſter Ieſus chriſtus. ¶ Tercia diuine
permiſſionis ratio eſt humilitatis cuſtodia; q̃tenus hō
fidelis & iuſtus deū ſemper timeat; & nunq̃ de ſua for
titudine vel iuſticia pſumat. Hinc de reprobis dicit ſcri
ptura. In labore hominū non ſunt; & cū hominibus nō
flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſuperbia; operiti ſunt in i
gare & impietate ſua; p̃diit quaſi ex adipe iniquitas eorū.
Miſerentis dei eſt q̃ hoīes bonos & iuſtos interdū per
mittit aduerſitatibus concuti; quos nouit in proſperis
non poſſe humiliari. Multos enī tribulatio fecit humi
les; quos ſecunda reddidiſſent elatos. Deniq̃ maleficio
rum timida imaginatio facit bonū hominē timere deū
ſuum & eius ſedulo inuocare auxiliū; quo munitus cō
tra demonū incurſus ſe poſſit cōſidere tutū. Nemo aut̃
ſuperbus & pſumēs de viribus ſuis a maleficijs demo
nū ſe tutū exiſtimet; quoniā quē inflatū ſuperbia dei p
tectio deſerit; demonū maleficijs procul dubio pateſcit.
¶ Quarta ratio eſt vt bonorū malorūq̃ diſcretio habe
tur. Dicit enī de bonis ac deo dilectis hominibus ſcri
ptura in actibus apoſtolorū; qm̃ per multas tribulatio
nes oportet nos intrare in regnū dei. Et ſanctus chriſti
amator Paulus in quadā epiſtola dicit. Oēs qui volunt

H iij, 32

petronus
in christo pie viuere persecutionē patiētur Sapientissi-
mus quoq; rex salomon in prouerbijs dicit. Quem di-
ligit dñs corripit. & q̄si pater in filio cōplacet sibi. Res
christiano nimis gloriosa. pro dei amore patienter tole-
rare aduersa: siue a malis hominib⁹ inferantur siue a de-
monibus. Datur enī potestas diabolo eiusq; ministris
ledendi homines bonos & iustos. nō in eorū cōfusione:
sicut petrōs existimāt: sed in maximam potius & cer-
tam aīe cōsolationē. Enimvero cū bene uiuit/hō iustus
nemine ledit, nemine offēdit, nulli facit iniuriā. deū suū
toto corde diligit, timet & venerat. om̄i sollicitudinē mā-
data eius custodiens; & nihilominus tribulatur a male-
ficis. siue in corpore siue in rebus. siue in vtroq;: vere bea-
tus est homo ille; quoniā cū probatus fuerit accipiet co-
ronā vite: quā p̄misit deus his qui diligunt eū. Om̄is q̄
recte uiuit in vnitate fidei catholice ecclesie christiano-
rum & mala in hoc mūdo recipiens p̄ dei amore patiē-
ter tolerat; certū est signū q̄ in dei gratia saluand⁹ p̄seue-
rat. Quod contra de malis & reprobis ita scriptū legim⁹.
Quare impij viuūt: subleuati sunt. confortatq; diuitijs.
Domus eorū secure sunt & pacate; & nō ē virga dei sup̄
illos Ducunt in bonis dies suos: & in p̄sēto ad inferna
descendunt. Manifestum enī dānationis est signū si hic
male viuas in peccatis & vicijs deo contrarius & in bo-
nis fortune corporisq; sanitate prosperatus. Quinta ra-
tio q̄ om̄ps permittit hoīes bonos & iustos tribulari a
malis & reprobis. est p̄pter mētis omnimodā purgati-
onē. Nam sicut scripturā dicit. nō ē homo iustus in ter-
ra qui faciat bonū & nō peccet Sed cū deus nullū pec-
catū transeat impunitū. ordinat iustis hominib⁹ p̄ mise-
ricordiā p̄ eorū delictis penas temporales: impijs vero
& reprobis per iusticiā eternas. Cōmutat ergo ex mise-
ricordia penitētib⁹ penā eternā in temporale; quā v̄l in

hoc mundo patiantur necessariū est vel post mortem in
 purgatorio Verū quia purgatoriū tormēta sunt horren-
 da atq; grauissima misericors deus penitentes quos di-
 liget in hac vita purgare varijs modis cōsuevit: per inco-
 moda diuersarū in corpore & in rebus tribulationum.
 Profunt enī maleficia impiorū bonis & iustis hōib⁹ ad
 medelā: ipsis enī aut inferentib⁹ ad dānationē. ¶ Sexta
 ratio est vt hō per in cursus demonū maleficatus reuo-
 cetur ad penitētiā: & proponat in corde suo necessariā
 vite emendationē. Om̃s etenī deus non subito cū pec-
 camus immittit vindictā: sed vsq; ad p̃finitū tēp⁹ nrām
 expectat emēdationē. Si vero penitentiā agere neglexe-
 rimus venit ad nos vindex malorū quando non puta-
 mus: & qui nos peccatores in tranquillitate penitendo
 recognoscere cōtempnimus: in tribulatione sero tandē
 recognoscemus. Hinc sc̃tus propheta in persona dei lo-
 quitur dicens. Si dereliquerint filij eius legē meā & in
 iudicijs meis non ambulauerint & mādata mea nō cus-
 todierint: visitabo in virga iniquitates eorū: & in verberibus
 peccata eorū: misericordiā autē meā nō dispergā ab
 eis. neq; nocebo in veritate mea. ¶ Septima ratio quare
 om̃s deus p̃mittit maleficia demonū preualere bonis
 & innocentibus, est vt amputetur eis nimīū licentiosa
 peccandi occasio. Sunt enim multī pauperes & infirmi
 deo placētes boni & deuoti & humiles. quos inopia &
 egritudo corporis in dei amore conseruant: qui si diuī-
 tes honoribusq; sublimati essent cito in profundū vici-
 orum a sanctitatis proposito defluerent Non expedit
 omnibus ad salutem habere cum sanitate honores atq;
 diuitias. nec dīutiusmior vita hominē semper efficit me-
 liorem. Propterea omnipotens deus volēs in eos quos
 elegit misericordiā suam ostendere permittit bonos
 iustos & innocentes varijs calamitatibus subiācere.

Et aliquando per demones; aliquñ per malos homines; aliquñ per diuersis alijs modis ac medijs aufert ab huiusmodi hominibus diuitias & honores quibus male pre sciuit vsuros; quatenus humilitatē in paupertate & abiectione custodiant; quam in opulentia & sublimitate positi minime cōseruassent. Permittit etiā sepius multas eos & magnas egretudines incidere; quibus leta sanitas carnis maximam intulisset egretudinē mētis. Deniq; permittit maleficio q̄sdam ad mortē impelli vt amputetur eis peccandi licentia; qua fuerant abusuri diuiti in vita pmissi. Hinc de viro iusto dicit scriptura, Rapit est ne malicia mutaret intellectū ei⁹; & ne fictio deciperet aīam ei⁹. Octaua ratio diuine pmissiones ē vt hoies sacramenta venerentur ecclesie que magnā habent virtutem contra om̄ia maleficia malignorū spirituum. Raro enim maleficijs demonū leditur; qui sacramēta & ritus ecclesie catholice debito cū honore veneratur. Et p̄ptia maleficarum cōfessione sepius audiūimus, q̄ missarū auditio & vsus rerum bñdictarū ab ecclesia multū infirmant demonū potestates. Neq; enī frustra bñdicuntur in ecclesia dei; sed vt sint que diuine p̄tectionis munimē demonibus ostendant metuenda signacula. De pueris vero & infantibus qui in christo renati maleficijs demonum vel hominū qñq; necantur non dubitam⁹ quin diutina puidētia hoc fieri permittat eis in salutē que om̄ia nouit in melius ordinare mortalibus. Sepetamen contingit infantes maleficijs perire propter delicta parentū

DE PROVIDEN

tia dei Questio Octaua,



Citra serenitatis tue questio ista fuit An ratione probari queat naturaliter, quod admodum & sanctis scripturis: deum habere curam humanarum rerum & actionum: eorumque omnium et singulorum que geruntur in mundo certam & infallibilem providentiam. ¶ Ad hanc questionem ita me memini respondisse, Mundus totus celum & terra & omnia que in eis sunt diuine sunt providentie subiecta: cuius voluntate & imperio ab initio in esse producta fuerunt Nihil enim in toto universo quod providentia creatoris non gubernetur. Hanc sententiam primo quidem scripturis, et postea rationibus quantum licet breviter comprobemus. In libro Iudith legimus, Omnes vie tue pacate sunt & cuncta iudicia in tua providentia posuisti Et in ecclesiaste sapientissimus rex Salomon sic loquitur, Ne dederis os tuum ut peccare facias animam tuam: neque dicas contra angelum non est providentia: ne forte iratus dominus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum, Manifestissima providentie testimonia confirmantur in sancto Evangelio dicente salvatore nostro ad discipulos, Nonne duo passeris assidue veniunt: et unus ex illis non cadit super terram coram deo? Magna diuine providentie commendatio: que non solum hominum curam habet sed etiam quorumque minutarum. Enimvero si tam parva curat omnipotens: quis est curam habere magnorum non crederet. Respiciite inquit volatilia celi, que non serunt neque metunt neque congregant in horrea: & pater vester celestis pascit illa. Et post pauca subiungit dicens, Si fenulum agri quod hodie est & cras in clibanum mittitur deus sic vestit: quantomagis vos modice fidei, Omnipotens deus quia omnia creavit & cum non essent in esse produxit: ne labantur & defluant universa regit & gubernat: quod fieri nullatenus posset, si providentia & curam omnium non haberet. Nam si providentia tollitur,

necesse est vt continuatiōis ordo totius vniuersi cōsum
datur. Curat autem om̃ia puidentiā creatoris : qm̃ qui
volatilia pascit & dat iumētis escā ipsoꝝ, & implet om̃e
aial bñdictiōe, vestitq; senū agri, ornans pulchro deco
re violas & lilia : hominis nō potest obliuisci, quem ad
imaginē suā ab initio creauit, Oīa curat qui oīa guber
nat; & nō solū hōis, puidentiā gerit s; etiā oīm iumen
torū; in cuius ditione cuncta sunt posita; & non est qui
voluntati eius in aliquo possit resistere. ¶ Cōsiderem⁹
nūc ergo ingētem hanc machinā totius vniuersi quem
admodū in sua originali dispositiōe ac motu semper or
dinatissima perseverat; & diuinam illam incōmutabilē
prouidentiam; (nisi mente turpiter excedamus) ea cō
seruare dirigere & gubernare manifestissima ratione in
telligemus. Deinde contēplemur terrena oīa q̃ ordina
tissime singula queq; in sua naturali dispositione nascū
tur & pcedūt; qđ fieri nō potest a casu; sed illius volun
tate moueantur oportet; cuius facta & creata sunt pote
state. Consequenter vero terram in medio locatam mū
di veluti punctū siue cētrū quod circulum explicat eq;
distanter totius vniuersi; quo nihil pulchrius/ nihil or
nati⁹, nihil deniq; magis delectabile sensui se potuit of
ferre contuendū. In hoc puncto molis immense; ab ip̃a
conclusa mole mirabiliter omnia cernimus ordinata;
& nihil non ordinatum posse relinqui; vt om̃ia que in
terdum fluire nobis aliquomodo videntur, certo scia
mus penes ordinem vniuersi suo quodam ordine nō
carere, Dei & etenim nutū simplici ac penitus incōmu
tabili om̃is machina totius vniuersi ex tot diuersis mo
bilibusq; congesta ordinatissime conspirat & regitur.
Videmus certe in his que nostro sese ingerunt sensui,
quoniam quanto in gubernatore quolibet maior cum
tempore consurgit intelligentia & potestas / tanto illic

minus aliquid fortuito casu inordinatum potest cōtin-
gere. Cum ergo summus ille intellectus omnium crea-
tor/conseruator & rector om̃ipotens deus mundū sua
incommutabili prouidentia regat & gubernet; omnia
suo continens sub imperio; nullus certe vsq; temeritati
relinquitur locus; que tante maiestatis impediāt volun-
tatem. ¶ Vniuersum igitur quod vsq; iam est vel esse
potest, sub vnus diuine mentis imperio comprehendit-
tur, cuius infallibile iudicium nihil subterfugere potest.
Nobis autem inopinati casus accidunt, quoniam mu-
tabiles sumus & quotidie fere mutamur; nullā futuro-
rum habentes determinatam scientiā; optimus vero ille
factor omnium deus cum sit omnino incōmutabilis,
oīa nouit, omnia cōspicit, oīa simul & semel intelligit;
cuius prouidentia nō fallitur; cuius volūtas nunq; va-
riatur; cuius potentia nō frangit̃, cuius ordinatio nō vi-
olatur; cuius cōsiliū nunq; intercipit̃; etiā si mutari sen-
tentia qnq; videatur. Vnde si diligēter aduertam? plane
intelligemus, qm̃ fines rerum & motionū declarabunt
inferiora hec om̃ia, diuina prouidētia fieri, conseruari,
disponi/atq; moueri; cui? imperio nihil penitus est alie-
nū. Ipse nanq; dominator vniuersorum deus & omnia
intelligit & singula; non distentus more nostro in plu-
rima; sed in se ipso consistens indiuisibile vnum, quem
intuendo veluti exēplar totius vniuersi; & causam caus-
sarū, perq; causas omnium causam contuetur & om̃ia;
contuendo curat & prouidet singula dirigēs ad finem
& bonum ordine sempiterno. Age nunc sapientissime
Cesar quo prouidentiam intelligamus diuinam om̃ia
gubernantem rationibus quātum poterimus breuius
ad intentionē vtamur. Itaq; si dei actio ipsius intelligē-
tia est, ppria, quod nullus sapiēs nō admittit tanq; emi-
nētissima simul & intima; quantum agit tantum vtiq;

intelligit & econuerso. Agit autē in singulis nō solum magnis verumetiā minutissimis: intelligit igit singula Entis siquidē primū per singula quolibet entia, certis ordinibus consequentiā amplissimus est influxus; & que post ipsum agunt ipsius vbicūq; virtute mouētur & agūt. ¶ Aut ergo deus nihil extra se intelligit vī agit quod est falsum; aut agēdo omnia & singula etiā eadē intelligit, quod est verum. Nusq; enī fierēt nisi prius (vt more nostro loquamur) intelligerentur ab ipso deo qui facit ea: sicuti non fiunt a sole que non prospiciunt ab eo. Verū quia omnia & singula que facit omps intelligit; haut dubium quin disponit regit & ordinat omnia que fecit: a quibus res non solū habent vt sint, sed etiā vt cause quedā aliarū rerū. Itaq; si habent a deo res vt sint cause, inde quoq; acceperunt officiū cause, p̄priū: hoc est cōseruare pro viribus, & curare quod fecerunt. Quo circa si a prima causa omnes cause hāc habēt p̄prietatē, in quātū sunt quedā cause merito ipsa hanc bonitatē naturaliter habet ac p̄uidentia vt omnia curet & singula que fecit; in quantum maxime causa est eorū omniū & singulorū. Que quidē nisi singillarim custodiāntur ab eo qui facit ea, nō custodientur vnq; cōmunia q̄ conseruantur in singulis. Nec enī conseruabitur totū quod ex partibus cōstat: si partes ipse negligantur. Ex intentione igit intelligentie primæ maximæq; cōmunis puenit vniuersalis distinctio rerum. Ipsa vero per se distinguitur ab alijs; ceteraq; inter se sue notiōis norma distinguit. Vnde sicut distinctissime deus omnia et singula nouit; ita & distinctissime regit moderatur & curat. Manifestū igitur puto clementissime Cesar Maximiliane & satis ostēsum q̄ prouidentia summi rectoris dei inferiora omnia et singula amplectitur disponit regit & moderat: que alioquin sine obseruantis prouida dispositione hunc ordinē quē cernim?

pulcherrimū nullatenus continuarent Nec me fugit q̄
 varie quondā huius mundi sapientes deprouidētia sue
 rīnt opinati. Ex his quidā nō puidētia sed casu factum
 hunc mundum arbitrati sunt: quorū si esset opinio ve-
 ra; nullus relinqueretur prouidentie locus. sed necessa-
 rio fluītarēt omīa cū eo mundus quo sc̄tū est casu pos-
 set interire. ¶ Contra quorū falsam opinionē alij do-
 cuerunt. nec fieri mūdum sine ratione potuisse; nec cō-
 stare certe. nisi summa puidētia factoris regeretur. Hinc
 boecius vir christianissimus dixit. O qui ppetuam mūdū
 ratione gubernas. Terrarū celiq; sator qui tēpus ab euro
 ire iubes; stabilisq; manens das cuncta moueri. Iterūq;
 dixit. Omniū generatio rerū cunctosq; mutabiliū natu-
 rarū progressus. & quicquid mouetur aliquo mō/ cau-
 sas/ordinē/formas/ ex diuine mētis stabilitate sortitur.
 Alij vero deū in corruptibilia dūtaxat curare putabant
 vt sunt celestia & substātie separate. simul & species re-
 rū; cetera vero cūcta nescire penitusq; negligere. Sed hij
 turpiter errauerūt; qm̄ om̄ps nō solū vniuersaliū & in-
 corruptibiliū; sed etiā particulariū & corruptibiliū pro-
 uidentia habet & curam. Vnde sc̄tū iterū boecius dicit
 Sedet in terra conditor altus rerūq; regens flectit habes-
 nas. rex & dñs fons & origo lex & sapiens arbiter equi.
 Hic est cūctis continuus amor repetuntq; boni sine tes-
 nerī; quia nō aliter durare queunt nisi conuerso rursus
 amore refluant cause q̄s dedit ipse. ¶ Alij vero negle-
 ctū se iri nō ferētes hominē ppter intellectus premine-
 tiam de numero corruptibiliū exemerunt; dicētes deū
 hominis curā & prouidētiā habere; reliqua vero terre-
 stria cuncta despiciere. Contra quorū falsam opinionē
 & satis reor dictū; & multa producere omnino supflūū
 Ait enī scriptura. Homines & iumenta saluabis dñe. Et
 in alio loco quidam sapiens dixit. Pusillum & magnū

De hanc hanc
 opinio ppetuam
 de q̄ quid
 ha n. m.

fecit dominus; & equaliter est illi cura de omnib⁹. Omnia igitur & singula inferiora/magna & parua, corruptibilia & incorruptibilia diuine maiestatis prouidentia ordinat regit disponit & curat; cuius voluntas potentissima ex nihilo omnia produxit, sacra iterum protestate scriptura, Tua vero pater prouidentia ab initio cuncta gubernat. Erubescant igitur homines mente corrupti & impij ac reprobj circa fidē christianam, qui vana loquacitate inflati prouidentia omnia scientis auferunt; & quantum deo iniuriā faciant non attendūt. Quid enim vt firmiani vtamur sententia tam dignum tamq^{ue} proprium omnipotentis deo, q^{ui} prouidentia? Sed si nihil prouidet, si inferiora negligit, si mortalia nō curat, amisit iam omnem dignitatem. Sed impossibile est sancto attestante anhelmo; deū honorē suum perdere; quoniā sicut peripatheticus ait, in eternis non est malū nec corruptio nec peccatū. Qui ergo prouidentia tollit totam dei substantiam tollit, & quid dicit, nisi deum non esse? ¶ Sed dicant mihi nunc qui dei prouidentia negāt inferiora curare. Si deus inferiora negligit; attēdāt quid necessario sequatur. Si deus scienter nos negligit & contemnit; nō est iam deinceps causa: qua ipsum vel cultu prosequamur vel religione veneremur; a quo nullū assequimur bñficiū; quin potius neglecti & cōtempti, negligamus & illū ipsi. ¶ Si vero nesciens nos contēnit ac negligit penitus iam causa nō est vt nescientem nos & ob id nihil boni conferre potentem colamus aut precib⁹ inuocemus Nam si non curat humana deus siue sciens siue nesciens, cessat omnis causa pietatis: cum sit spes nulla salutis. Que nam potest inter mortales pietatis esse consideratio: que spes animarum salutis: si deus humana non curat. Enimvero si prouidentia tollitur: quem colimus quem adoramus? Si non est apud deum prouidentia

dentia mortalium: certe neq; beneficia prestat hominibus neq; penas desertoribus imponit; neq; mortales iuuare potest, nec vult nec omnino curat; nec quid agamus aduertit; & neq; preces neq; orationes cuiusquam exaudit. Cura aut illi cultum exhibemus vllum; cur honorem, cur precibus; aut quare nescientem nos deum tantopere metuimus vel timemus; qui nobis neglectis atq; contemptis neq; benefacere potest neq; male. Prouidentia enim sublata neq; sanctitas neq; religio subsistet quibus extinctis perturbatio vite sequetur maxima, & confusio horrenda. Pietate in deum sublata, quid iam erit res publica; nisi confusio sempiterna. Peribit necessario fides hominum publica; societasque humani generis iusticiaque omnis una simul euanescent & peribunt. Quid erit de christiana fide sentiendum si deus non curat humana; quid denique de saluatore omnium domino nostro Iesu christo; nisi fabula inanis, & fictitium totum, reputabitur si non est prouidentia dei mortalia curans. Proinde quicquid in hac vita boni agimus, quicquid pro dei amore mali sustinemus vanum est totum ac nobis inutile; si ille de nobis curam non habet vllam. ¶ Videant nunc & horreat qui prouidentiam dei negant, cum finem opinionis sue desperationem omnium pessimam intueantur. Nemo igitur se vaniloquentia philosophorum secularium inductus ad contemptum dei erudiat; nemo prouidentiam summi et incommutabilis boni tollat; nemo dignitatem creatoris omnium corrumpat. Omnes enim qui prouidentiam negant diuinam; beneficiis clementissimi saluatoris & indignos se prestant & ingratos. ¶ Firmiter enim credendum est, & nullatenus dubitandum hunc mundum vniuersum tam visibilem quam inuisibile, omniaque & singula, que vel in celo sunt vel in terra, & in mari diuina prouidentia regi & gubernari; & nihil penitus in toto vniuerso, ab eius cura alienum.

I iiii 76

Nam & fruges & reliqua omnia que terra parit; tempe-
 states quoque ac varietates temporis; celiq; mutationes quibus
 omnia que terra gignit naturata pubescunt, diuina pro-
 uidentia generi humano prestat; procuratque omnia & sin-
 gula; nec solum magna sed & minima queque usque adeo
 ut nec tenuissimum quidem arboris folium in terram decidat
 sine voluntate omnipotentis dei patris qui creauit illud
 & regit & curat. Si quis autem putat hanc tantam totius
 vniuersi magnitudinem ab vno deo qui solus est non pos-
 se regi & gubernari, nimium fallitur; & quanta sit virtus di-
 uine potestatis nescire comprobatur. Enimuero qui
 vniuersum mundum ex nihilo potuit in esse produ-
 cere; etiam quod fecit prudentissime in sempiternum
 potest gubernare. Omnia enim nouit, omnia intelligit,
 omnia potest; qui solus omnipotens omnia creauit.

¶ Nos igitur sancto Euangelio credentes diuinam in
 primis prouidentiam veneremur; mentes quoque no-
 stras qua possumus virtute sursum erigamus ab his que
 sunt caduca; & nobis ipsis redacti vniamur; quatenus
 dei maiestatem ubique presentem fideliter intelligamus:
 que cum sit omnino in circumscripibilis tenet omnia
 implet omnia, complectitur omnia superexcedit om-
 nia & sustinet omnia. Non autem ex vna parte susti-
 net; atque ex alia superexcedit; neque ex vna parte implet
 atque ex alia circumplectitur; sed circumplectendo im-
 plet & implendo circumplectitur sustinendo superex-
 cedit, & superexcedendo sustinet omnia; qui per molem
 corporis nusquam est; & per incircumscripibilem sub-
 stantiam suam nusquam deest; qui oculis carnis non cer-
 nitur; qui per fidem in cordis puritate videtur. O virtus
 in explicabilis. O pietas incomprehensibilis; O sa-
 pientia ineffabilis. O diuinitas incircumscripibilis;
 que non partibus constas ut corpus; non affectibus.

distas vt anima: non formis substat vt cetera omnia que
 per te facta sunt: que es in omnibus & super omnia: regēs
 & gubernans sapientissime vniuersa. His itaq; testimo
 nijs sacratissime Cesar Maximiliane satis vt reor proba
 tum est mundū hunc vniuersum dei p̄uidencia guber
 nari: qui cum sit intellectus purus, simplex/ increatus/
 & sempiternus omnia nouit/ omnia intelligit, omnia precogno
 scit: atq; om̄ps natura cum sit omnia potens potest; cui
 nihil est difficile/ nihil impossibile: qui tam mirāda crea
 uit potentia sua in veritate constituit: ratione p̄fecit, vir
 tute sustinet: bonitate illustrat: ipsi laus ipsi honor / ipsi
 gloria qui viuit & regnat deus gloriosus & excelsus in
 secula seculorum Amen.

AVCTORIS PRO

testatio ad Cesarem.

HEc sunt Maximiliāe Cesar inuictissime que
 mihi ad Octo Questiones a tua maiestate p̄
 positas videbantur dicenda. Voluisti eteni
 earundem etiam a me habere iudiciū in scri
 ptis: supra veritatem de me faciens estimationē: qui illis
 cōparandus nō sum ingenio: quorū ante me sententiā
 audiuiſti, faciat me venia dignū si quid minus p̄prium
 dixi: quod imperio celsitudinis tue viator in itinere cō
 stitutus vt potui p̄ interualla quod respondendū occur
 rebat dicturi. Dico autē ex mente & manifeste protestor
 me christiane fidei syncerum cōfessorem: & in vnione
 sacrosanctę Romane ecclesię vsq; ad mortē velle perma
 nere. Vnde si quid vel in hac lucubratione mea v̄l in alijs
 haberetur dictū v̄l scriptū aliter q̄ illa tenet sentit credit
 & docet: vt ver⁹ obediētie filius presentii attestatiōe de
 nūcio & volo simpliciter esse & haberi p̄petuo reuocatus.

I v 37

Quo circa maiestatem tuam sapientissime Cesar & hu-
militer rogo & instāter commonefacio. vt priusquam
responsiones meas ad noticiam facias peruenire illorū
quibus destinata seruantur; multorū facias iudicio cō-
probari. Sum opere nanq; curādum est vt nihil propo-
natur illis qbus tua serenitas ad salutē inuigilat, nisi so-
lidū, pbatū, manifestū, & sententia plurimorū sapientū
in fide catholica legitime cōfirmatum. Om̃ps deus te
sua prouidentia dirigat & custodiat semper ad laudem
nominis sui Maximiliane imperatorū maxime, Ex ci-
uitate Neometana decima die mensis Iulij, Anno chris-
tianorum Millesimo quingentesimo Octauo,

Ioannes Tritemius Abbas,

¶ Impressum Oppenheim Impensis Iohānis
Hasselbergen/de Augia Constantiensis
dyocesis, Anno dñi, M. D. XV.
xx, Mensis Septembris,

18

